NOVA SUBSIDIA DIPLOMATICA AD SELECTA JURIS ECCLESIASTICI GERMANIAE ET...

Stephanus Alexander Würdtwein

Digitized by Google

MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

4.Z.7


Digitized by Google

Digitized by Google

4. Z. 7.

Digitized by Google

NOVA SUBSIDIA DIPLOMATICA AD SELECTA JURIS ECCLESIASTICI GERMANIAE ET HISTORIARUM CAPITA ELUCIDANDA EX ORIGINALIBVS ET AUTHENTICIS DOCUMENTIS CONGESTA, NOTIS HINC INDE NECESSARIIS ILLUSTRATA ET EDITA

a

STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN,

Eminentiſſ. ac Celſiſſ. Archi-Epiſcopi Princ. Elect. Moguntini Conſiliario Eccleſiaſtico &c. Inſignis Eccleſiae Colleg. B. M. V. ad Gradus Decano &c.

TOMUS SECUNDUS.

HEIDELBERGAE,

SUMTIBUS TOBIAE GOEBHARDT,

MDCCLXXXIII.

4. 2. 7
2

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI AMICO SALUTEM!

Archipraesulum Moguntinorum tituli licet largiores fuerint in Diplomatibus, quae pro varietate temporis & circumstantiarum exigentia concessere, (a) inscriptiones tamen sigillorum ejusmodi chartis adglutinatorum vel adpensorum fuerunt brevissimae & non nisi pedetentim de seculo ad seculum additis hinc inde vocibus adcreverunt. Sic seculo decimo & circa medium seculi undecimi in sigillis tantum legimus: WILLIGISUS ARCHIEPISCOPUS. ERKANBALDUS ARCHIEPISCOPUS. BARDO ARCHIPRESUL. (b) Sigillo *Sifridi* dein an. MLIX. . . addebantur duae voces: DEI GRATIA. SIFRIDUS DEI GRATIA ARCHIEPISCOPUS. (c) Circa finem seculi undecimi tandem adjecta est vox: MOGONCIENSIS, id

Digitized by Google

quod ad ſeculi duodecimi medium usque obſervatum. ſic: WEZILINUS DEI GRATIA MOGONCIENSIS ARCHIEPISCOPUS. RUODHARDUS DEI GRATIA MOGONTIENSIS ARCHIEPISCOPUS. ADELBERTUS DEI GRATIA MOGONTIENSIS ARCHIEPISCOPUS. ADELBERTUS DEI GRATIA II. MOGUNTINUS ARCHIEPISCOPUS. MARGOLFUS DEI GRATIA MOGUNTINUS ARCHIEPISCOPUS. HEINRICUS DEI GRATIA MAGUNCIENSIS ARCHIEPISCOPUS. (d) Anno demum MCLV. in ſigillo *Arnoldi* Archiep. primam conſpicimus mitram (e) & ejusdem ſigilli inſcriptio recedens a prioribus loco verborum: MOGUNTINUS ARCHEPISCOPUS refert: MOGUNTINE SEDIS (f) ARCHIEPISCOPUS. Sigillum denique *Conradi* ſub numero XIV. exhibitum ſingulariter inſcriptum eſt: † CUNRADUS DEI GRATIA MOGUNTINE SEDIS ELECTUS. (g)

(a) Conferantur Diplomata quam plurima a *L. B. de Gudenus*, a *Joannide Tom. II. Rer. Mog.* a me in *Dioeceſi Moguntina* in Archidiaconatus diſtincta nec non in *Subſidijs Diplomaticis* per Tomos XIII. publicata.

(b) Vid. *de Gudenus Tom. III. p.* 1033. *T. I. p.* 352. *Schannat Tradit. Fuld. p.* 328. *de Gud. Tom. III. p.* 1037. *Tom. I. p.* 369. *Joannis Tom. II. p.* 514. *de Guden. Tom. I. pag.* 20. & 370.

(c)

(c) *Joannis Tom. II. p.* 579. *de Guden. Tom. I. pag.* 938. *&* 376. 377. 381. *Joannis Tom. II. p.* 579 *&* 462.

(d) Vid. *Dioeceſ. Mog. Tom. III. pag.* 378. *de Guden. Tom. I. pag.* 385. *pag.* 27. *Joann. Tom. II. p.* 737. *&c.* adde citationes Diplomatibus infra poſitis annexas.

(e) De mitrarum origine agit *Mabillonius praef. II. in ſaecul. IV. Benedict. Menardus not.* 947. *in ſacram. S. Gregorij* exiſtimat, ante annum milleſimum mitrae uſum non fuiſſe in eccleſia. Mitrae vocantur etiam infulae vel thiarae, prout apparet in deſcriptione theſauri Eccleſiae Moguntinae in *Chronico Mogunt. Conradi Epiſcopi ſect. I. Erant infulae vel tiarae XVIII. aurifrigiatae.* Mitrarum figura fuit varia & ab ijs noſtri aevi longe diverſa. Conferantur noſtra ſigilla poſt *Arnoldum* occurrentia. Item Liturgia Alemanica Rmi *Gerberti Tom. I. pag.* 266. *tab. VI. &c.* Diadema lunatum, quale eſt Pontificum Veteris Teſtamenti, videtur in ſigillo *Hartwici II.* Epiſcopi Ratisbonenſis, qui eodem, cum *Arnoldo* noſtro, tempore vixit; Conferatur *Ratisbona Monaſtica part.* 2. *Tab. III.*

(f) *Sedes* idem ac dignitas, quae vox plerumque attributa dignitati Praefecti Praetorij & Praefecti urbis, quorum *ſedes* in utroque Codice audiunt: *eminentiſſimae, excelſae, inluſtres, magnificae, magnificentiſſimae &c.* Eccleſiae Majores & Cathedrales dictae ſunt *ſedes*, quod Epiſcopi in ijs reſiderent ad Cathedras & thronos elevati.

(g) Electus, ut eſt in *Ceremoniali Romano lib.* 1. *ſect.* 10. appellatur promotus ad Eccleſiam Cathedralem ante ſuam conſecrationem, quam in-

fra tres menſes ſumere debet. In ſigillo *Gerhardi I.* an. 1252. inſcriptio habet: ELECTUS ET CONSECRATUS. Sed Archi-Epiſcopus pallio necdum eſt ornatus, quod demum anno ſequente conſpicitur in ſigillo, quod ſimul refert primum contra ſignetum. In ſigillo *Wernheri* haec vox: ELECTUS anno 1260. recurrit, uti & in ſigillo *Mathiae* Archiepiſcopi de anno MCCCXXIII.

Nunc ad noſtra ſigilla:

IX.

SIGILLUM *ADELBERTI I.* ARCHIEP. MOGUNTINI.

ab anno MCXI – MCXXXVII.

Sigillum hoc praefiximus *notitijs hiſtorico Diplomaticis de monaſterio Ilbenſtadt in Wetteravia an. MDCCLXVI. typo publicatis.* Figura Archi-Epiſcopi in habitu Pontificali, cum pallio crucibus ſignato, capite nudo crinibus in coronam criſpatis pedum dextra, librum apertum, in quo legitur: pax vobis ſiniſtra tenens, inſidet faldiſtorio capitibus & pedibus caninis ornato. Cum inſcriptione: † *) ADELBERTUS DEI GRA. MOGONTIENSIS ARCHIEPS.

Diplomata hujus Archipraeſulis ſunt.

I. Con-

*) Crux ſupra caput & extra circulum inſcriptionis poſita.

Digitized by Google

I. Conceſſio juris Baptiſterij & ſepulturae Abbatiae & Eccleſiae Breitungenſi facta. definit: Quinto nonas Maji data Indictone V. anno Incarnationis Dominicae MCXII. *Kuchenbecker Analect. Haſſ. coll. XII. p.* 299. *Lunig ſpicil. Eccl. Cont. I. p.* 206.

II. *Adelberti* innovatio ac declaratio fundationis Dagobertinae reſpiciens monaſterium *Clingenmünſter*. definit: Et ut omni evo firma permaneant, hanc cartam inde conſcribi juſſimus; quam ut juſta videatur, manu propria corroboratam & ſigilli noſtri impreſſione inſignitam omnibus notificandam relinquimus. Amen. Acta ſunt hec Anno ab incarnatione Domini MCXV. Indictione VIII. . . *de Gudenus Tom. I. p.* 42.

III. *Ejusdem* de quibusdam praedijs coenobio *S. Diſibodi* olim ablatis nunc vero reſtitutis. definit: ut autem hec inconvulſa omni permaneant evo, cartam hanc inde conſcribi & ſigilli mei impreſſione firmari precepi. . . Hec autem acta ſunt Anno Dominice Incarnationis MCXVIII. Indictione XI. II. Kal. Maji. *de Gudenus T. I. p.* 44.

IV. *Idem* Eccleſiae Collegiatae *B. M. V. ad Gradus* remittit cenſum manſi in tractu

villae *Eberbach.* ſic finitur: Ut autem hec eadem tradicio a meis eciam ſucceſſoribus ſtabilis & inconvulſa permaneat, coram multis boni teſtimonij viris eam fieri ordinavimus & chartam hanc fieri, noſtrique ſigilli impreſſione fecimus inſigniri. . . Acta Anno Dominice Incarnationis MCXVIIII. Indictione XII. Data *Moguncie* anno ordinacionis mee IIII. *Joannis Tom. II. pag.* 644.

V. Ordinatio Praepoſiti *ad S. Severum Erfordiae* circa miniſtrandam Canonicis quotidianam praebendam. Auctoritate Praeſulis *Adelberti.* definit: Hujus Cyrographi ſeries definita eſt precipiente & confirmante eam venerabili Mogontine Eccleſie Archi-Epiſcopo & Apoſtolice ſedis Legato *Adelberto.* . . Data in *Erpesfurt* VII. Kl. Octobr. Anno Incarnationis Dominice MCXXI. Indict. XIIII. Notat *de Gudenus Tom. I. p.* 51. quod juxta cernatur impreſſum *Adelberti* Archi-Epiſcopi ſigillum.

VI. *Idem Adelbertus* Eccleſiae Collegiatae *S. Victoris* duos confert manſos. ſic terminatur: Et ut hec donatio & conſtitutio rata & inconvulſa permaneat, eosdem predictos manſos in manum ſuam accepit Comes *Fridericus,* Advocatus ſancti *Victoris* & con-

conſcriptam ſuper hac cartam impreſſo ſigillo noſtro ſignavimus. Acta ſunt hec Anno ab incarnatione Domini MCXXII. Indictione XV. . . *Joannis Tom. II. p.* 580.

VII. *Idem* monaſterio S. *Albani* curtim ſuam in villa *Hexheim* pignori opponit &c. terminatur: ut autem hanc tradicionem a nobis legitime factam nulla ſuccedencium infringeret auctoritas addidimus & bannum noſtrum in preſenti &c. . . Facta ſunt autem hec Anno Dominice Incarnationis MCXXII. Indictione XV. . . *Joannis T. II. p.* 743.

VIII. *Ejusdem* pro donatione *Henrici* militis de *Bunrode* notitia, ſic definit: Ejus ergo votum aſſertionis noſtrae favore firmantes, per hujus noſtri privilegij paginam . . banno Dei & noſtro ſtatuimus . . nunc & per omne ſeculi tempus ratum & inconvulſum ſit. Actum Anno ab Incarnatione Domini MCXXII. *Schannat vindem. litter. coll.* I. *pag.* 115.

IX. Fundatio monaſterij *Ilbenſtadt* in *Wetteravia.* circa finem: Hujus itaque pagine ſeriem ſtabilientes ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus. . . Acta ſunt hec Anno

Dominice Incarnationis MCXXIII. Indictione XV. *de Gudenus Tom. I. pag.* 53.

X. *Ejusdem* diploma de Concambio Ecclesiarum in *Apolde* & *Flogerstet* inter Praepositum *Embriconem* & *Wygmannum* conversum. sic definit: Ut autem commutatio seu traditio hec rata semper & immobilis permaneat, pagina presente conscribi & sigilli nostri impressione insigniri jussimus . . Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXIII. Indictione I. . . *de Gudenus T. I. pag.* 56.

XI. Fundatio Monasterij *Breidenavienſis* ord. S. *Benedicti.* sic terminatur: Hujus itaque testamenti paginam ut omnibus ejus rata & inconvulsa permaneat, sigilli nostri impressione munivimus. . . . Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXIII. Indict. I. nonas Julij. *de Gudenus T. I. p.* 56.

XII. Pronuntiatio *Adelberti* ex parte monachorum S. *Disibodi* & Capituli Ecclesiae *Pinguenſis.* sic definit: Presentis quoque pagine seriem in testimonium conscribi fecimus & sigilli nostri impressione munivimus. . . Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXIIII. Indictione III. . . .

Data

Data in *Rudenesheim* IIII. nonas Novembris. . . *de Gudenus Tom. III. pag.* 1042.

XIII. Charta donationis, qua comes *Megenhardus* Eccleſiam in *Sponheim* ordini S. *Benedicti* tradit, confirmante eam *Adelberto.* ſic terminatur: Ut autem hec omnia rata & inconvulſa ſequenti evo permaneant, hanc chartam conſcribi & ſigillo noſtro inſigniri fecimus. . . Anno Dominice Incarnationis MCXXIV. Indict. II. VII. Idus Junij. . . *Trithem. chron. ſponh. p.* 239.

XIV. *Adelbertus* literis complectitur donationem *Aſmari* Eccleſiae S. *Petri* factam. ſic deſinit: Ut autem hec omnia in omnibus ejus firma & inconvulſa permaneant, preſentis teſtamenti paginam feci conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione muniri. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXIIII. Indict. II. . . *Joannis Tom.* 2. *pag.* 463.

XV. Traditio XXI. manſorum *Oldislebenſi* monaſterio facta. ſic finitur: Hujus preſentis pagine teſtimonium ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus. . . Acta ſunt haec Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo CXXIIII. Indictione ſecunda III. Idus Februarij. *Thuringia ſacra. p.* 713.

XVI.

Digitized by Google

XVI. Ejusdem *Adelberti* charta de Fundatoribus monaſterij *Gerode* in *Eichsfeldia.* definit: Ut autem hec omnia rata & inconvulſa ſequenti evo permaneant, hanc cartam juſſi conſcribi & ſigillo noſtro inſigniri . . ſuſcepta eſt autem hec donatio in *Erpesfurt* manu mea Anno Dominice Incarnationis MCXXIIII. Indictione II. *Gud. Tom. I. pag.* 60.

XVII. Traditio caſtri *Malsburg* per *Udalricum* liberum hominem de *Wurtbeche.* terminatur: Ut autem . . inconvulſa permaneant, preſentis pagine teſtamentum conſcripſimus & ſigilli noſtri impreſſione munivimus. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXIIII Indictione II. V. Idus Aprilis. *de Gudenus T. I. p.* 63.

XVIII. Ejusdem *Adelberti* charta ſuper juribus Advocatiae monaſterij *Reinhartsbornenſis.* finitur: Confirmamus atque per hujus privilegij noſtri paginam, quam manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus . . Actum *Erpsfurt* Anno ab Incarnatione Dominica MCXXV. Indict. III. *Schannat Vindem. litter. coll.* I. *p.* 116.

XXIX. *Ejusdem* litterae queis monaſterio *Diſibodenbergenſi* decimam quamdam fratribus

tribus a *Ruthardo* Archi-Epiſcopo collatam firmat ac legitime eisdem ſolvendam decernit. deſinit: in ſignum ac teſtimonium totius actionis hujus hanc cartam conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri fecimus propriae manus ſcripto roborantes eam. Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnat. MCXXVII. VI. Kalend. Martij. . . *Joannis ſpicileg. Dipl. pag.* 97.

XX. *Adelberti* confirmatio donationis *Bockenauu* & *Gentzingen* per *Udonem* factae. *finis:* Hanc chartam . . ſigilli noſtri impreſſione ſignatam . . roboravimus . . Acta ſunt autem hec VIII. Calend. Januarij Anno Dominice Incarnat. MCXXVII. Indictione quinta. . . . *Trithem. chron. ſponh. pag.* 244.

XXI. *Ejusdem* charta, quod *Marcolfus* Praepoſitus Aſchaffenburgenſis de conſenſu advocati conſtituerit ſibi Miniſteriales Pincernam & Mareſchallum ex Cenſualibus. deſinit: Hoc autem ut ratum & inconvulſum permaneat pro petitione Prepoſiti & fratrum ac totius familie hanc cartam conſcribi precepimus, quam ſigilli noſtri impreſſione ſignatam banni noſtri ſententia confirmavimus. . . Acta autem ſunt hec Anno (*Dominice*)

minice) Incarnationis MCXXVII. Indictione V. *de Gudenus Tom. I. pag.* 394.

XXII. *Idem* decimas novalium monaſterio *Hildevvardeshuſano* donat. ſic terminatur: Hoc autem ut nulla poſteritas infringere preſumat, hanc cartam inde conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione roborari fecimus. Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis M°C°XXVIII° Data *Frideslarie* V. Kalendas Junij. *Scheidt nachrichten von teutſchen adel. pag.* 557.

XXIII. Ejusdem litterae, quibus bona Coenobio *Diſibodenbergenſi* a benefactoribus collata ſigillatim recenſet ac confirmat. deſinit: Tantorum igitur Patrum . . oblationes . . firmare cupientes, hujus pagine ſeriem conſcribi & ſigillo noſtro ſignari precepimus. Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXVIII. Indictione VI. *de Gudenus Tom. I. pag.* 68. *Joannis ſpicil. Dipl. pag.* 101.

XXIV. *Adelbertus* Fratribus ſive Canonicis S. *Martini* de Domo largiſſimas ad victum aſſignat opes. ſic finitur: Et ut hec rata & inconvulſa omni permaneant evo, poſtquam ea in audientia multorum banno noſtro confirmavimus etiam cartam iſtam de

eisdem

Digitized by Google

eisdem conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione ſignare precepimus. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXVIII. Indictione VI. . . *de Gudenus T. I. p.* 76.

XXV. *Idem* Monaſterium S. *Joannis* (*Biſchoffsberg*) ex ſtatu Praepoſiturae in Abbatialem erigit. deſinit: Hujus autem rei ſeries ut ſtabilis & inconvulſa perſeveret, paginam hanc ymaginis noſtre impreſſione ſignavimus. Actum Dominice Incarnationis Anno Milleſimo CXX. Indictione VII. *de Gudenus T. I. p.* 80.

XXVI. *Idem* alios favores diffundit in monaſterium S. *Joannis.* deſinit: Hujus autem rei ſeries ut ſtabilis & inconvulſa perſeveret, paginam hanc imaginis noſtre impreſſione ſignavimus . . facta ſunt hec anno ab Incarnatione Domini MCXXX. Indictione VIII. . . *de Gudenus T. I. p.* 84.

XXVII. Fundatio monaſterij *Schwabenheim* in Palatinatu. finitur: Hujus itaque pagine ſeriem ſtabilientes, eam ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXX. Indictione VIII. *de Gudenus T. I. p.* 89.

XXVIII.

Digitized by Google

XXVIII. *Adelberti* Diploma de praedijs in *Sulzheim* & *Brunichvvilre* ad augmentum refectionis S. *Martini* Canonicorum. definit: Ut igitur traditionis hujus veritas indubitabilis & immota permaneat, ſcriptum hoc banno & noſtra imagine . . munivimus. . . Actum Anno Dominice Incarnationis MCXXX. Indictione VIII. *de Gudenus T. I. p.* 91.

XXIX. *Idem Adelberto* juniori injungit, ut praedia *Eccleſiae ad Gradus* in tractu villae *Eberbach* ſita, pignori *Theodorico* oppoſita redimat. definit: Ut autem hec tradicio a meis ſucceſſoribus ſtabilis & inconvulſa permaneat . . hanc cartam fieri ordinavimus, noſtrique ſigilli impreſſione fecimus inſigniri. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXX. indictione VIII. . . *Joannis T.* 2. *p.* 644.

XXX. *Adelbertus* Eccleſiae S. *Victoris* XXIII. nummos annuos in perpetuum tradit. definit: Hujus autem compoſitionis actio ut immobilis permaneat . . paginam hanc ymaginis noſtre ſignaculo munivimus. Actum Dominice Incarnationis MCXXX. Indictione VIIII. *Joannis T.* 2. *p.* 581.

XXXI.

Digitized by Google

XXXI. *Idem* confirmat jura coenobij *Mariae Münſterenſis.* finitur: praeſentis paginae ſeriem conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione fecimus conſigniri. . . Acta ſunt haec Anno Dominicae Incarnat. MCXXX. Indictione octava . . XII. Calendas julii . . *Lunig. ſpicil. Eccleſ. II. T. pag.* 728.

XXXII. Controverſia, quae Collegio *D. Victoris* cum *Diſibodenbergenſibus* interceſſit ratione decimationum amice compoſita. finitur: Denique ad teſtificationem hanc cartam ſcribere juſſi, quam ſigillo meo impreſſam firmavi. Facta autem ſunt haec . . . pridie idus Decembris *Moguncie* Anno Dominice Incarnacionis MCXXX. Indictione IX. *Joannis T. II. pag.* 582.

XXXIII. *Adelberti* charta: de lite Canonicorum *S. Victoris* cum conventu *Diſibodenbergenſi* ſuper decimis de terra ſalica in tractu ſobernheimenſi compoſita. definit: Hujus autem compoſitionis actio ut immobilis permaneat. . . paginam hanc ymaginis noſtre ſignaculo munivimus. . . Actum anno Dominice Incarnationis MCXXX. Indictione VIIII. *Joannis ſpicil. Dipl. p.* 113.

XXXIV. *Adelbertus* decimas in *Hildevvardeshuſen* monaſterio ſanctimonialium ibidem exſtructo donat. terminatur: Hoc autem ut nullo tempore evi facile infringi queat, hanc cartam inde conſcripſi & ſigilli mei impreſſione ſignavi. . . Acta ſunt hec Anno Incarnationis Domini M°C°XXX°. Indictione VIII°. *Scheidt nachrichten vom teutſchen adel. p.* 560.

XXXV. *Adelbertus* capellam in *Bickenbach* conſecrari praecipit &c. ſic deſinit: ut inconvulſa omni permaneat evo hanc cartam conſcribi & ſigillo noſtro ſignari precepi. . . Acta ſunt hec Dominice Incarnationis Anno MCXXX. Indictione VIII. III. Kal. Decembr. . . *Schneider Erbachiſche hiſtorie urkund. pag.* 581.

XXXVI. *Adelberti* litterae, quibus Canonici Regulares primum in *Eberbach* inſtituti removentur et bona quae pro victu eorum delegata fuerant, conceduntur monaſterio *Epiſcopi montis.* ſic deſinit: Facta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXXI. . . *de Gudenus T. I. pag.* 94.

XXXVII. *Ejusdem*: de oblatione Allodij in *Woverbach* per matronam nobilem *Idam.* deſinit: ut igitur hujus actionis ordo inviolatus & integer perduret ſcriptum hoc banno

&

Digitized by Google

& ſigillo noſtro munivimus. . . Actum Anno Dominice Incarnationis MCXXXI. . . de *de Gudenus T. I. pag.* 98.

XXXVIII. Fundatio Coenobij *Eberbach* in *Rhingavia.* finitur: facta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXXI. . . . *de Gudenus T. I. pag.* 96.

XXXIX. *Adelberti* Diploma: de varijs *Biſchofsbergenſi* coenebio collatis donationibus. finis: Haec omnia ſicut banni noſtri auctoritate confirmavimus, ita carta ſigilli noſtri impreſſione ſignata roboramus. Data *Aſchafenburg* Anno Dominice Incarnat. MCXXXII. *de Gudenus T. I. pag.* 101.

XL. Fundatio monaſterij *Schonavienſis* ord. S. *Benedicti* in tractu *Einrich.* ſic deſinit: Et ut omnibus ejus hujus traditionis tenor firmus & inconvulſus permaneat, praeſentis chirographi paginam inde conſcripſimus & ſigilli noſtri impreſſione munivimus. . . Actum Dominice Incarnat. Anno MCXXXII. . . *de Gudenus Tom. I. pag.* 103.

XLI. *Ejusdem Adelberti* diploma de Eccleſia in *Praunheim*, decimationibus in *Urſelo* & *Hettersheim.* finitur: Hec ut in futura ſecula ab omni vexatione intacta permane-

ant, ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXXII. *de Gudenus T. I. pag.* 105.

XLII. *Emecho* Canonicus *S. Victoris* Eccleſiae ſuae domum quamdam transſcribit. definit: cui traditioni interfuimus, que ut per nos rata et inconvulſa perpetualiter maneat, banno noſtro . . munivimus et ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus. . . Acta ſunt anno Dominice Incarnationis MCXXXIII. Indictione XI. *Joannis T. II. pag.* 583.

XLIII. *Adelbertus* hortos quoſdam *Erfurti* a compascui ſervitute & Mareſchallorum poteſtate liberos pronuntiat. ſic terminatur: quod ut inconvulſum omni tempore permaneat, preſentem paginam conſcribi fecimus & ſigilli noſtri impreſſione munivimus. . . Anno Dominice Incarnationis MCXXXIII. facta ſunt hec . . . *de Gudenus Tom. I. pag.* 107.

XLIV. *Idem* Eccleſiae *S. Martini* acquirit praedium in *Zozenheim* in pago *Nachgovve.* definit: Et ut hec tradicio rata et inconvulſa omni permaneat evo, chartam hanc ſuper his conſcribi & impreſſione ſigilli noſtri inſigniri juſſimus. . . . Acta ſunt hec Anno Do-

Digitized by Google

Dominice Incarnationis MCXXXIII. . . . *de Gudenus T. I. p.* 110.

XLV. Notitia *Adelberti* pro donatione *Dithmari de Kirchberg.* finitur: Ne quis autem praedictam praesumat falsificare traditionem, nostri sigilli impressione . . perpetuam deliberavimus eis praevidendo praeparare tuitionem. Acta sunt haec Anno Dominicae Incarnationis MCXXXIIII. Indictione VII. . . . *Schannat vindem. litter. Collect. 2. pag. 1. de Gudenus T. I. pag.* 112.

XLVI. *Adelberti* diploma: quomodo praedium in *Birbach* sibi comparatum a novella plantatione *Ilbenstadensi* contulerit *D. Martini* Canonicis in augmentum praebendarum, definit: Et ut hujus traditio rata & inconvulsa omni evo permaneat, nos hanc chartulam inde conscribi & sigilli nostri impressione insigniri fecimus. . . . Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXXV. . . *de Gudenus T. I. p.* 113.

XLVII. *Adelberti* charta tractans de ipsius captivitate, ex eademque liberatione civium Moguntinorum opera & auxilio obtenta; in cujus facti gratitudinem peculiari eosdem privilegio donat. finis: Acta sunt

hec Anno Dominice Incarnat. MCXXXV. Indictione XII. . . *de Gudenus T. I. p.* 116.

XLVIII. *Adelbertus* Eccleſiae *S. Victoris* quemdam terrae tractum concedit. terminatur: ut autem hec traditio vel inſtitucio per futuras Succeſſiones rata permaneat, eam ſigillo noſtro ſignari. . . juſſimus. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnat. MCXXXV. Indictione XIII. . . *Joannis Tom. II. pag.* 583.

XLIX. *Adelbertus* confirmat donationem *Eberhardi de Stein* quam fecit *D. Albano* de praedio ſuo in villa *Albich.* finitur: Nos vero ab utrisque . . . premoniti, quod noſtrum fuit, ſigilli noſtri impreſſione, ut in preſencia patet, prefatam tradicionem confirmando . . munivimus . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXXV. Indictione XIII. . . *T. II. pag.* 746.

L. Fundatio monaſterij *Fredesloh.* (*Fridelſee.*) terminatur: ut ergo predictorum omnium ſeries rata et inconvulſa omni tempore permaneat, preſentem paginam juſſimus conſcribi et ſigilli noſtri impreſſione communiri. . . Acta ſunt hec Anno ab Incarnatione Domini M°C°XXXVII°. Indictione XV. Datum *Frideslarie* XII. Kalend. Julij. *Hiſtorie von Göttingen T. III. pag.* 100.

LI.

LI. *Adelberti* Praesulatus tempore piarum donationum et oblationum Ecclesiae Moguntinae factarum summaria recensio. *de Gudenus T. I. pag.* 395.

X.

SIGILLUM *ADELBERTI II.* ARCHIEP. MOGUNTINI.
ab anno MCXXXVIII – MCXLI.

Archi Episcopus pallio ornatus dextra pedum sinistra librum apertum (cui inscriptum est: pax vobis) tenens in faldistorio supra nro. IX. memorato simili sedet. circumscriptio sigilli est: †ADELBERTUS DI GRA. II.* MOGUNTINUS ARCHIEPS. id est A. Dei gratia secundus Moguntinus Archi Episcopus.

Adelbertus non tantum in sigillo sed & in chartis de annis 1139. et 1140. infra positis SECUNDUM se nominat. quae vel similis expressio neque in sigillis neque in Diplomatibus Successorum occurit.

I. *Adelbertus II.* Colligiatae Ecclesiae *S. Petri* tradit praedium in villa *Hurſten.* desinit: Traditionem ergo, quam libere, sicut audistis, fecimus, sigilli nostri impressione. . . ut firma maneat per succedentia tempora fir-

mavimus. Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXXVIIII. Indictione II. . . *Joannis T. II. p.* 465.

II. *Adelbertus II.* Eccleſiae Collegiatae *S. Victoris* vineta quaedam in *Dulcesneheim* libere tradit. ſic terminatur: Ne predicta poſtmodum infringantur . . . ſigilli noſtri impreſſione cartam munivimus. Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXXXVIIII. Indictione II. *Joannis. Tom. II. pag.* 584.

III. *Adelberti* confirmatio donationum monaſterio *Catelenburgenſi* factarum. definit: ut autem hujus rei ſeries rata et in convulſa permaneat, preſentem hanc paginam inde conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus communiri. . . Acta ſunt Anno Dominice Incarnat. MCXXXIX. Indictione II. *Scheid. orig. guelf. T. IV. p.* 545. vid. etiam *Leuckfeldt antiquit. Catlenburg. p.* 26. ubi tamen annus MCXXXIV. in MCXXXIX. mutandus eſt.

IV. Variae donationes Eccleſiae S. *Laurentij* in *Erfurt* ab *Adelberto II.* factae. definit: Huic igitur actioni inpoſterum providentes . . . conſcribi ea noſtraque ſignari imagine precepimus. . . Actum Anno Incarnationis Dominice M°C°XL°. Indictione III. ex originali, unde et ſigillum delineari feci-

fecimus. continetur in noſtra *Thuringia medij aevi Eccleſiaſtica comment. prima.*

V. *Adelbertus II.* fundationem monaſterij *Heusdorff* confirmat. ſic finitur: Facta ſunt autem hec anno ab incarnatione Domini MCXL. Indictione III. . . *Falkenſtein Thuring. Chron. Tom. III. p.* 1249.

VI. *Adelberti II.* plurium *S. Johanni* in *Epiſcopi monte* factarum oblationum recenſus earumque confirmatio. finis: auctoritate noſtra traditiones ſuas roboravimus hanc chartam ſigilli noſtri impreſſione ſignantes . . facta ſunt hec Anno Incarnationis Domini MCXL. Indictione III. . . . . *de Gudenus Tom. I. pag.* 124.

VII. De concambio inter Eccleſiam *Ilbenſtademſen* et quemdam hominem Archi Epiſcopi *Embriconem.* definit: ut igitur hec noſtro elemoſina firma et inconvulſa permaneat, preſens ſcriptum noſtre imaginis impreſſione . . . robarari dignum duximus. . . Actum *Glizberch* Anno Dominice Incarnat. MCXLI. Indictione IV. . . *de Gudenus T. I. p.* 129.

Digitized by Google

XI.

SIGILLUM *MARCOLFI* ARCHIEP. MOGUNTINI.

ab anno MCXLI – MCXLII.

Imago Archi Epiſcopi pallio ornati, capite aperto dextra baculum Epiſcopalem ſiniſtra librum apertum cum inſcriptione: pax vobis. tenentis in faldiſtorio (vide ſupra) ſedet. ſigillo inſcriptum eſt: MARGOLFUS DEI GRA. MOGUNTINUS ARCHIEPC.

Quasdam reſiduas ejusdem Archi Episcopi habemus chartas.

I. *Juditha* de villa *Steinheim* omnes poſſeſſiones ſuas legat monaſterio *S. Albani.* deſinit: ut autem hujus fidelis mulieris tradicio rata et inconvulſa permaneat, preſentem cartulam conſcribi fecimus & ſigilli noſtri impreſſione inſignire juſſimus . . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXLI. Indictione IIII. . . Data *Moguncie VI.* Idus Decembris. *Joannis Tom. II. pag.* 747.

II. *Marcolfus* Archiep. circa decimas, parochiam &c. pro *Reinhardsbornenſi* monaſterio varia determinat. finis: Nos quoque hujus noſtri privilegij atteſtatione noſtrique ſigilli impreſſione roborantes ſtabilimus. . . Actum

An-

Anno ab Incarnatione Domini M. C. XLI. Indictione IIII. *Thuringia ſacra pag.* 87.

III. *Marcolfus* fundationem monaſterij *S. Blaſij* in *Northeim* confirmat. definit: ut autem hec rata & inconvulſa . . permaneant, preſens teſtamentum ſcribi fecimus & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centiſſimo quadrageſimo primo. Indict. IV. . . . Data *Erpesfurt*, quinto idus Novembris. *Scheid. origin. guelfic. T. IV. p.* 523.

IV. *Idem* monaſterio *Burſfeldenſi* decimas in utroque littore *Wirrae* fluminis praeſente *Sigefrido* comite monaſterij advocato donat. ſic terminatur: ut autem commutatio hec rata & inconvulſa evis omnibus permaneat, praeſentem paginam conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis M°C°XLII. Indictione V. . . Data VII. Kalend. Februarij. . . . .

Digitized by Google

XII.

SIGILLUM *HENRICI I.* ARCHI EPISCOPI MOGUNTINI.

ab anno MCXLII – MCLIII.

Archi Epiſcopus capite nudo, ornatus pallio pedum dextra, ſiniſtra librum apertum tenens ſedet in faldiſtorio eleganter exſculpto. Inſcriptio ſigilli talis eſt: † HEINRICUS DEI GRATIA MAGUNCIENSIS ARCHIEPC.

Subjungimus ejusdem Archi Epiſcopi chartas:

I. Dotatio Capellae *B. Mariae Virginis* in opido *Bingenſi* ſub *Henrico I.* ſic deſinit: Facta ſunt hec temporibus ſereniſſimi Pape *Innocentij.* Regis *Cunradi.* ut autem rata & inconvulſa permaneant, teſtes adhibuimus.... *ex Origin.*

II *Henrici I.* diploma: qualiter ſedaverit diuturnam altercationem Coenobitarum *D. Petri* et *D. Diſibodi* ſuper praedio in *Biſchofferod.* deſinit: Et ut hec omnia que a nobis determinata ſunt & in hac carta prenotata, rata et inconcuſſa permaneant, auctoritate et ſigilli noſtri impreſſione corroboravimus. . . Acta ſunt autem hec Anno Dominice

minice Incarnationis MCXLIII. Indict. VI. . . *de Gudenus T. I. pag.* 135.

III. Fundatio monaſterij *Georgenthal.* finis: Hujus rei ſanctionem ratam et inconvulſam eſſe preſentis privilegij noſtri pagina ſtatuimus. . . . & hec ſcripta ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus. . . Facta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXLIII. Indict. VI. . . Data *Mogontie* XIII. Kal. Aprilis. . . *de Gudenus T. I. pag.* 139.

IV. *Henrici I.* Diploma de Contentione inter Coenobium *Gerode* & Comitem de *Hirſchberg* igniti ferri judicio deciſa. terminatur: Ne autem ab his poſtmodum ſive ab alijs hoc poſſit irritari, juſſimus hoc conſcribi et ſigilli noſtri impreſſione corroborari. . . Acta ſunt hec . . Anno Dominice Incarnationis MCXLIII. Indictione VI. . . *de Gudenus T. I. p.* 144. & 396.

V. *Ejusdem* charta: qualiter monaſterium *de Capella* ſubditum fuerit ſedi Moguntinae. finis: Et ut hujus rei veritas firmior & ſtabilior in perpetuum permaneret, hanc paginam noſtri ſigilli munimine, conſignatam confirmavimus. . . Acta ſunt hec . . . Anno Dominice Incarnationis MCXLIII. . . Indict.

Indict. VI. . . Data *Geismarie. . . de Gudenus Tom. I. pag.* 148.

VI. *Ejusdem* diploma: quo bona & poſſeſſiones monaſterii S. *Petri Erfordiae* ſub ſua protectione recipit. terminatur: Ego quoque Majorum meorum beneficentiae conſentiens litterarum & ſigilli mei confirmatione . . . decerno. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo quadrageſimo tertio Indict. VI. . . Data *Moguntie* XIII. Kal. Aprilis . . . *Schannat vindem. litter. T. I. p.* 181.

VII. *Ejusdem* Confirmatio donationis praediorum in *Hochſtet* factae *Petrenſibus* per Miniſterialem Marchionis Miſnenſis *Diemonem* benefactoresque alios. finis: Harum rerum veritatem reſpectu pacis & ſtabilitatis litteris demandavimus & ſigilli noſtri impreſſione corroboravimus. . . . Acta ſunt hec apud *Erphesfurt* Anno Dominice Incarnationis MCXLIIII. Indictione VII. . . *de Gudenus Tom. I. pag.* 150.

VIII. *Henrici I.* donatio ſolemnis monaſterio *S. Petri Erfordiae* facta. ſic deſinit: Ne aliquis auſu temerario huic reconſignationi ſe opponat, cartam preſentem conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione ſignari precepimus.

mus. . . Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXLIV. Indict. VII. . . Data in *Erphordia* XVIII. Kal. Decembris. *Schannat vindem. litter. Coll.* 2. *pag.* 2.

IX. Fundatio monasterij *Aulesburg* sive *Hayn* in *Hassia.* finis: Hanc inde paginam nostra formata sigillatam . . precepimus. . . Acta sunt hec publice in *Frideslaria* anno Dominice Incarnationis MCXLIIII. Indictione VII. . . *de Gudenus T. I. pag.* 153.

X. *Henrici I.* charta: De oblatis monasterio *Erbacensi* XX. mansis sylvaticae terrae in tractu villae *Birken.* sic desinit: quam traditionem ne aliquis infringat vel ei temerarius se opponat, cartam presentem conscribi et sigillo nostro firmari . . . jussimus . . . Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXLIIII. Indict. VII. . . *de Gudenus T. I. pag.* 158.

XI. *Henricus* comes *de Plesse* et *novella* uxor ejus de beneficio Comitis a *Bomeneburg* eo facto investiuntur, ut abbatias in *Northeim* et *Reinhausen* Ecclesijs, decimis silvis &c. augere satagant. sic desinit; ut igitur presens traditio rata & inconvulsa omnibus evis maneat, cartam hanc conscribi & sigillo nostro muniri jussimus. . . . Acta sunt Anno

Do-

Dominice Incarnationis MCXLIIII. Indictione VII. . . Data in *Roſtorph* V. Kal. Decembris. *de Gudenus T. I. pag.* 160.

XII. *Henricus* Archiep. conſtituit augmentum albi panis Canonicis *Aſchaffenburgenſibus* per praepoſitum eorundem. finis: ut autem hec traditio rata & inconvulſa omnibus evis permaneat, hanc paginam . . conſcriptam auctoritate ſigilli noſtri confirmavimus . . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCXLIIII. Indictione VII. . . . III. Idus Decembris in *Maguntia* . . . *de Gudenus Tom. I. pag.* 165.

XIII. *Henrici* Archiep. diploma, quod *Adelongam* uxorem *Adelberonis* ex familia Eccleſiae Moguntinae nexuque advocati ſui Comitis *Ludovici* abſolverit, delegaritque cum ipſius liberis ad ſervitium Praepoſiti *Aſchaffenburgenſis* tanquam miniſteriales. definit: Et ad hujus noſtre actionis confirmationem hanc cartulam eis ſcribi & ſigilli noſtri impreſſione corroborantes. . . Acta ſunt hec autem anno Dominice Incarnationis Mill. CXLIIII. Indictione VI. . . . Data *Mogontie* XII. Kal. Maij. *de Gudenus T. I. pag.* 398.

XIV.

Digitized by Google

XIV. *Henricus* A. M. recenſet quomodo fundatio monaſterij *Burſfeldenſis* facta ſit. finis: Hec autem renovationis noſtre ac iterationis confirmatio ut firmior ſtabiliorque . . credatur . . hanc cartam ſcribi juſſimus ac ſigilli noſtri impreſſione corroboravimus Anno Dominice Incarnationis MCXLIIII. Indictione VII. . . . *Scheid. orig. guelph. T. 4. praef. p. 81.*

XV. *Idem* confirmat incorporationem Eccleſiae S. *Juſtini* in *Höchſt* a *Ruthardo* Archipraeſule monaſterio S. *Albani* factam. ſic deſinit: ut autem hoc quod ſtatuimus inconvulſum & ſtabile de cetero permaneat . . . cartule huic ſigilli noſtri impreſſionem fecimus aptari. . . Acta ſunt autem hec Anno Dominice Incarnationis MCXLV. Indictione VIII. . . *Joannis Tom. 2. p. 750.*

XVI. *Henrici* A. M. diploma quo Canonicis regularibus in *Valle Dei* prope *Winckel* in *Rhingavia* degentibus inſulam quamdam ipſis a Protopraeſule *Marcolfo* traditam olim ſtabilivit; committens ſimul eorum praepoſito curam hoſpitalis *Moguntiae* penes aedem Metropolitanam tunc conſtituti. finis. ut igitur hec firma & ſtabilita permaneant, cartam hanc conſcribi & ſigilli noſtri im-

Digitized by Google

preſſionē muniri precepimus. . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCXLV. Indictione VIII. . . Data in *Maguntia* III. Kal. junij . . . *de Gudenus Tom.* I. *p.* 167.

XVII. *Henrici* A. M. delegatio perpetua V. librarum in *Apolde* &c. in augmentum fructuum beneficialium Cantoriae Moguntinae. deſinit: ut ergo preſens traditio rata & inviolabilis univerſis ſuperventuris evis permaneat, cartam preſentem conſcribi & ſigillo noſtro impreſſam. . . confirmavimus. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXLV. Indictione VII. (forte VIII.) . . . XVIII. Kal. Septembris in *Erpefordia*. . . *de Gudenus T.* I. *p.* 170.

XVIII. Facta per *Zachaeum* clericum Coenobitis in *Eberbach* donatio manſi unius apud *Hattenheim*, cujus manſi cenſum ipſis praeſul *Adelbertus* multo ante delegaverat. deſinit: Nos igitur hanc traditionem . . carta noſtra & ſigillo noſtro . . corroboravimus. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXLV. Indictione VII. (forte VIII.) Data *Maguntie* . . *de Gudenus T.* I. *pag.* 172.

XIX.

Digitized by Google

XIX. *Henricus* A. M. conſecrat Eccleſiam *Wildeſaſſen* definitque ſimul ea, quae reſpiciunt Eccleſiam matricem *Nordenſtat.* finis. & ut iſta rata & inconvulſa maneant. . . cartam preſentem conſcribi & ſigillo noſtro imprimi . . . juſſimus . . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXLV. Indictione VII. (fort. VIII.) . . Data in *Moguntia* II. Kal. julij. *de Gudenus T.* 1. *p.* 174.

XX. Notitia *Henrici* A. M. pro donatione nobilium virorum *Folradi* & *Hertagi.* deſinit: verum ut hec traditio firma . . permaneat, ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXLVI. Indict. VIII. . . Data II Idus Auguſti in *Erpesfordia. Schannat vindem. litter. Coll.* 2. *p.* 3.

XXI. Fundatio monaſterij *Retters.* deſinit: paginam preſentem conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione muniri juſſimus. . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCXLVI. Indictione VIII. . . Data & confirmata in *Maguntia* Id. Novembris. *de Gudenus T.* 1. *pag.* 176.

XXII. *Henrici I.* A. M. charta: de transactione Fratrum monaſterij *S. Diſibodi* cum

Canonicis *B. M. V. ad gradus Moguntiae.* finis: ut autem hec compoſitio rata & inconvulſa permaneat, preſentis pagine teſtamentum ſigillo noſtro inſignite firmavimus. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXLVII. Indictione X. *Joannis ſpicil. Dipl. pag.* 123.

XXIII. Coenobio *Petrino Erfurti* venduntur manſi II. in *Hochſtet* a miniſteriale Comitis *Bernhardi.* deſinit: Hanc ego *Heinricus* D. G. Moguntinenſis Archi Epiſcopus emtionem & traditionem ratam & firmam eſſe volens ſigilli mei impreſſione roboravi . . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXLVII. Indictione X. . . *de Gudenus T. 1. pag.* 186.

XXIIII. *Ejusdem Henrici* charta, qua traditionem *Guntheri* de *Ditendorp* ratam habet. finis: hanc Ego *Henricus*. . . traditionem . . ſigilli mei impreſſione roboravi. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXLVII. Indict. X. . . *Schannat vindem. litter. Coll.* 2. *pag.* 3.

XXV. *Ejusdem* charta pro monaſterio *S. Petri Erfordiae.* finis: Hanc Ego *Henricus* . . . emptionem . . ſigilli mei impreſſione

Digitized by Google

ne roboravi. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXLVII. Indictione X. . . *Schannat vindem. litter. T.* 1. *p.* 183.

XXVI. *Ludovicus* Praepoſitus Eccleſiae S. *Petri* concedit Capitulo dictae Eccleſiae inveſtituram Eccleſiae in *Caſtele.* finis: hoc privilegium fieri decrevimus . . impreſſione ſigilli noſtri ſignantes . . Anno Dominice Incarnationis MCXLVII. Indictione X. . . . *Joannis. T.* 2. *p.* 466.

XXVII. *Henricus* Archiep. Abbati *Gelfrado* in monaſterio *S. Petri Erfordiae* dat licentiam exercendi varios actus parochiales. finis: ut autem hujus tradicionis ſeries rata & in perpetuum inconvulſa permaneat . . paginam hanc ſigilli noſtri impreſſione inſigniri precepimus. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXLIX. Indictione X. . . Data in *Frideslar* nonis Februarij . . *de Gudenus T.* 1. *p.* 187.

XXVIII. Traditio facta novellae plantationi religioſae foeminarum nobilium in *Werberg*. finis: Hanc noſtre teſtificationis cartam proprie juſſimus imaginis impreſſione ſignari. . . Actum *Luppoldesberch* Anno Incarnationis Dominice MCXLIX. II. Kal. Decembris . . . *de Gudenus T.* 1. p. 189.

XXIX. De juſtitia Eccleſiae S. *Martini* in *Södel* ſeu reparationis ejus obligatione. finis: ſcriptum & ſigilli mei impreſſione corroboro. . . . *de Gudenus Tom.* 1. *pag.* 192.

XXX. *Henrici* A. M. charta in gratiam Coenobij S. *Petri Erfordiae.* deſinit: paginam hanc ſigilli noſtri impreſſione inſigniri praecepimus &c. . . Acta ſunt haec Anno MCXLIX. *Schannat vindem. litter. T.* 1. *p.* 184.

XXXI. *Henry* Archeveque de *Mayence* confirme le prieuré d' *Offenbach* dependant de *S. Vincent de Metz.* finis: Hanc chartam fieri et impreſſione ſigilli mei praecepi inſigniri . . . Acta ſunt haec Anno Dominicae Incarnationis MCL. Indictione XIII. . . *Calmet preuves de l'hiſtoire de Lorraine Tom. II. pag.* 338.

XXXII. Immutatio ac ſubrogatio notabilis Cantoriam Majorem concernens. finis: Hanc chartam conſcribi & impreſſione ſigilli noſtri praecepimus inſigniri. . . Acta ſunt haec Anno Dominice Incarnationis MCL. Indict. XIII. . . Data *Erfordiae* XI. Kal. Novembris. *de Gudenus T.* 1. *pag.* 194.

XXXIII. De curte Coenobij *S. Joannis* in *Pinguia Gernodo* cuidam & uxori ejus *Bi-*

bisdun

Digitized by Google

bisdun adjectis certis legibus data in Emphyteuſin. finis: hoc ſuper ſcriptum ſigilli noſtri impreſſione ſignatum ſub anathemate confirmantes. . . Acta ſunt haec Anno Dominice Incarnationis MCL. Indictione XIII. . . *de Gudenus T.* 1. *pag.* 197.

XXXIV. Fundatio Coenobij *Aldenburg* brevi poſt, mutato loco ac nomine immo & ordine, *Arnsburg*. finis: Hanc cartam conſcribi & impreſſione ſigilli noſtri precepimus inſigniri. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis Mill. C. LI. Indict. XIIII. *de Gudenus T.* 1. *pag.* 199.

XXXV. Caſtrum *Schonenberg* oblatum Eccleſiae Moguntinae ab *Hermanno* de *Winzenburg* eidemque retro conceſſum in beneficium. finis: hac carta impreſſione ſigilli noſtri inſignita ſtabilivimus. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCLI. Indict. XIIII. *de Gudenus T.* 1. *pag.* 205.

XXXVI. Privilegium libertatis inſulae *vallis Dei* tum a decimis quam a decimationibus. finis: hac carta ſigilli noſtri impreſſione inſignita . . confirmavimus. . . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLI. Indict. XIIII. . . *de Gudenus T.* 1. *p.* 208.

Digitized by Google

XXXVII. *Henrici* A. M. Diploma: quomodo pacaverit litem motam Abbati de *Eberbach* ex parte Abbatis de *Vinicella*. finis: ut autem hec compositio . . rata & inconvulsa omni permaneat evo, hanc cartam fieri & impressione sigilli nostri precepimus insigniri. . . Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCLI. Indict. XIIII. . . *de Gudenus T.* 1. *pag.* 211.

XXXVIII. *Ejusdem* diploma: de concambio nonnullorum bonorum inter Ministerialem ipsius *Dudonem* & Abbatem *Ruthardum* *Henrico* Archiep. ratione dominij directi interveniente ac pro salutari partium commodo aequum se praebente. finis: Hanc inde paginam testimonij conscribi & sigilli nostri impressione precepimus roborari. . . Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis MCLII. Indictione XV. . . *de Gudenus T.* 1. *pag.* 214.

XXXIX. *Ejusdem* traditio vinearum fratribus in *Episcopi monte* facta. desinit: hoc super scriptum sigilli nostri impressione signavimus. . . Acta sunt autem hec &c. . . *de Gudenus T.* 1. *pag.* 217.

Digitized by Google

XL. *Ejusdem* charta: de facta per *Anſelmum* Praepoſitum Bingenſem Canonicis reſignatione decimarum in *Weiler*, *Algesheim &c. deſinit:* Preſentis pagine ſeriem in teſtimonium conſcribi fecimus & *ſigilli noſtri impreſſione* munivimus. . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis M°C°L°. Indictione XIII. . . *de Gudenus T.* 3. *p.* 1056.

XLI. *Henricus* A. M. anteceſſorum ſuorum privilegia Eccleſiae *S. Victoris* data confirmat & aream in vico *Kidderich* concedit. *finitur*: Confimatio . . . hujus rei . . ne annichiletur . . . noſtre auctoritatis teſtimonio Venerabilium perſonarum ſubſignari & muniri juſſimus impreſſione. . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCXLIII. Indict. VI. . . *Joannis T. II. pag.* 585.

XLII. Idem diſponit circa conſecrationem capellae in *Herrenbreitungen. finis: ſigilli noſtri impreſſione* eam inſigniri juſſimus. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo XLVIII. Indictione X. Data *Erpesfordie* XV. Kalendas Martij. . . *Sagittarij hiſtor. Gleichens. p.* 43. *Kuchenbecker anal. Haſſ. Coll.* 12. *p.* 324.

XIII.

SIGILLUM *ARNOLDI* ARCHI EPISCOPI MOGUNTINI.

ab anno MCLIII – MCLX.

Figura Archi Epiſcopi in Faldiſtorio ſedentis manu dextra pedum tenet; ſiniſtra librum apertum, cui inſcriptae voces: PAX VOBIS, pectori admovet. Caput mitra, cujus extremitas inferior, ſicut habitus Archi Episcopalis opere phrygio exornata, coopertum eſt. Inſcriptio: ARNOLDϱ DEI GRATIA MAGONTINE SEDIS ARCHI EPISCOPUS.

Diplomata *Arnoldi* aſſervamus ſequentia:

I. Concambium diverſarum perſonarum cum Eccleſia *Quedlinburg* jure Miniſterialium. *deſinit:* ut autem . . . he donationes rate & inconvulſe omni permaneant evo, hanc cartam conſcribi & *impreſſione ſigilli noſtri* precepimus inſigniri. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLV. Indictione II. . . *de Gudenus T. I. pag.* 221.

II. Fundationis *Lupoldinae*, de qua ſupra ſub *Luitpoldo* Nro. V. confirmatio facta. *finis:* Preſenti pagina *impreſſione ſigilli noſtri* inſignita. . . . Anno MCLV. . . Data *Moguntie*

guntie XII. Kal. Julij . . . de *Gudenus T.* 1. *pag.* 223.

III. *Arnoldus* A. M. decimas quasdam tradit monaſterio *Fridenſele. ſic finitur*: nec non omnia eorum privilegia preſenti pagina *ſigilli noſtri impreſſione* inſignita ſtabilivimus. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis M C L V°. Indictione II. Data *Mogoncie* VIIII. Kal. Decembris. *Hiſtor. von Göttingen T.* 3. *pag.* 110.

IV. Commutatio quorundam bonorum inter *Arnoldum* A. M. & *Gelphradum* Abbatem S. *Petri Erfordiae* inita. *deſinit*: Hanc commutationem. . . . ratam & inconvulſam permanere volentes . . *impreſſione ſigilli noſtri* . . ſtabilivimus. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLVII. Indict. V. *Schannat vindem. litter. Coll.* 2. *p.* 4.

V. *Arnoldi* Diploma: De indicta ſibi per Imperatorem Mediolanenſi expeditione; Caſtro *Gamburg* cuidam *Beringero* ejusdem expeditionis Socio in beneficium conceſſo; pro quo is dimittit proprietatem villae *Brumbach* &c. *finis*: ut autem apud omnem poſteritatem hoc noſtrum rationabile beneficij contraditi factum inconcuſſa ſtabilitate perma-

maneat, preſentem paginam *noſtre auctoritatis ſigillo* inſigniri fecimus & corroborari. . . . Acta ſunt autem hec in caſtro noſtro *Aſchaffenburg* anno Dominice Incarnationis MCLVII. Indict. V. . . . *de Gudenus T.* 1. *pag.* 225.

VI. Littera emptionis ſuper Caſtro *Velinhauſen*, venditore viro ingenuo *Henrico* de *Mülhburg*. deſinit: hanc commutationem noſtram atque donationem per omnem temporis revolutionem ratam & inconvulſam permanere volentes preſenti pagina impreſſione ſigilli noſtri inſignita ſtabilimus. . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLVII. Indictione V. . . *de Gudenus T.* 1. *pag.* 227.

VII. *Adalbero* Decanus S. *Victoris* varia bona tradit Eccleſiae ſuae. deſinit: cujus facti memoriam ego *Arnoldus* M. A. noſtro & piorum & fidelium teſtimonio confirmavi & ut confirmatum permaneat banno & ſigno noſtro munire & ſtabilire curavi. . . facta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLVIII. . . *Joannis T.* 2. *p.* 588.

VIII. *Arnoldi* diploma agens de rebus *Parthenonis* S. *Ruperti* prope *Pinguiam* & fra-

fratrum de monte S. *Diſibodi.* finis: ut autem hoc rationabile factum noſtrum, apud omnem poſteritatem ratum & inconvulſum omni evo permaneat, preſentem paginam impreſſione ſigilli noſtri fecimus inſigniri... Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLVIII. Indictione VI. . . Data *Moguntie* IX. Kal. Junij. *de Gudenus T.* 1. *p.* 229.

IX. Diploma *Arnoldi*, quo omnia bona Monaſterij montis S. *Ruperti* recenſentur. finis: preſentem paginam impreſſione ſigilli noſtri fecimus inſigniri. . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLVIII. Indict. VI. . . Data *Moguntiae* XI. Kal. Junij. *ex Impreſſo dicti monaſterij pag.* 18.

X. Collegium S. *Stephani* vindicat Eccleſiam *Münſterliederbacenſem.* deſinit: Hanc donacionem .. per omnes ſucceſſiones temporum ratam & inconvulſam manere volentes preſentis privilegij auctoritate communivimus . . Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLVIIII. Indictione VII. . . . *Joannis T.* 2. *pag.* 519.

XI. *Arnoldi* charta aſſignans juveni cuidam Canonico Curiam clauſtralem, deſuperque legati nomine diſponendi facultas eidem

con-

conceſſa. finis: hanc cartam conſcribi & ſigillo noſtro ſignari precepimus. . . Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCLX. Indict. VIII. . . Data . . VI. Kal. Marcij. *de Gudenus T.* 1. *pag.* 402.

XII. *Arnoldus* Eccleſiae Colligiatae *B. M. V. ad Gradus* attribuit villulam *Urefo* in tractu *Einriche* cum omnibus reditibus & decimas novalium in ſilva *Hagonovve. ſic deſinit:* ut autem quiete & ſine omni infeſtacione alicujus perſone hec noſtra fratribus collata beneficia rata & inconvulſa omni evo permaneant, hanc noſtre donacionis cartam inde conſcribi & *ſigilli noſtri impreſſione* roborari fecimus. . . Acta ſunt autem hec Anno Dominice Incarnationis MCLX. Indictione VIII. . . . . *Joannis Tom. II. p.* 645.

XIII. *Arnoldus* Eccleſiam Collegiatam *S. Martini* Bingenſem reformat. *finis:* ſi quis autem hec ſupradicta ad honorem & utilitatem ſancte Eccleſie ſalubriter ordinata inſtinctu diaboli infringere auſu termerario attemptaverit, anathema ſit. . . Acta ſunt autem hec Anno Dominice Incarnationis M°C°L.X°. Indictione VIII. . . Licet nulla ſigilli mentio in hac carta fiat, ſigillo tamen

illa

Digitized by Google

illa adglutinato munita est. *Asservatur in seminario Archi Episcopali Moguntino. de Gudenus T. 3. p. 1059.*

XIV.

SIGILLUM *CONRADI I.* PRIMUM. *) ARCHIEP. MOGUNTINI.

ab anno MCLX – MCLXV.

Sigilla primi ejusdem regiminis rarissima sunt. Id, quod nunc describimus inter Originales Insignis Ecclesiae Collegiatae *B. M. V. ad Gradus* chartas asservatur. Chartam ipsam necdum editam sub. n. I. libentissime communicamus.

In

*) *Primum.* Post caedem *Arnoldi* Archi-Episcopi Ecclesia Moguntina varijs motibus est agitata, cum tres simul electi fuerint candidati sanctae sedis. nempe: *Rudolphus Conradi Zaringiae* Ducis filius a furente populo Clerum in sua trahente consilia, *Christianus* Comes *de Buche* Thuringus ab Hassiae Landgravio & *Conrado* Palatino suffultus & *Conradus* frater *Ottonis* Palatini, Comes *de Wittelsbach* a *Friderico* Imperatore expetitus. Hic solium Archiepiscopale obtinuit, sed inter maximas turbas sacerdotij & Imperij, cum stare nollet a partibus Caesaris, cedere debuit, ad Cathedram Moguntinam postliminio reversus an. MC LXXXIII.

Digitized by Google

In ſigillo conſpicitur ſtans clericus Levitarum habitu indutus, cujus caput ferto aut corolla cingitur, dextra librum apertum laeva manipulum *) tenens. Inſcriptio haec legitur: † CUNRADUS. DEI. GRATIA. MOGUNTINE. SEDIS. ELECTUS. **)

In

maſſen als hievor in dieſem brieff geſchrieben ſteet und das iſt auch alſo wie hievor der uſſſpruch uff denſelben artikel geſchreben ſteet unſer meynunge rat und underwyſunge die wir ſehs obgenant die das mererteil under den Nunen ſin, den obgenant unſern gnedigen herren von *Mentze Colne* und *Worms* uff unſere eyde furbracht han und als dieſelben unſere gnedige herren uff die andern ſtucke und artickeln daruff ine nach rate und underwyſunge der Nune ader des merer teils uſszuſprechen geburet uſsgeſprochen han und hievor in dieſem brieff geſchriben ſteet das iſt unſere ſehs obgenant und auch der andern drier die mit uns und wir mit ine die zu den ſachen geben ſint ſamentlichen und ungezweyet meynunge rat und underwyſunge die wir Nune denſelben unſern gnedigen herren vorbracht han, und des zu orkunde und veſtem gezugniſſe ſo haben wir obgenant ſehſſe unſer iglicher ſin ingeſiegel an dieſen brieff gehangen, der geben iſt zu *ſant Gewar* am mitwoch nach ſant *Agathen* tag der heiligen jungfrauwen Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſexto.

7. Febr.

XVIII.

XVIII.

LITTERA IN QUA DOMINI MAGUNTINENSIS ET COLONIENSIS ARCHI-EPISCOPI ET FREDERICUS EPISCOPUS WORMATIENSIS DEPUTARUNT ET ASSIGNARUNT DOMINO ULRICO DE MANDELSCHEIT IIM. FLOR. SINGULIS ANNIS PERSOLVENDORUM AC STOLTZENFELS PRO HABITACIONE.

Dei Gratia *Theodericus &c. Theodericus &c. & Fridericus &c.* ad universorum noticiam deducimus per presentes. Cum suborta dudum discordia super Ecclesia Trevirensi inter Reverendum Dominum *Rabanum* Archi-Episcopum ejusdem Treverensis Ecclesie & Venerabilem Dominum *Ulricum* de *Manderscheit* ad eandem Ecclesiam Electum se asserentem tandem per multos variosque pro pace prefate Ecclesie procuranda hinc inde peractos tractatus ad concordie viam numine celesti favente mutatus abcesserit, ipsi quoque contendentes in Nos juxta litterarum compromissi tenorem sub data apud *sanctum Goarum* anno Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo quinto in vigilia concepcionis Marie virginis gloriose sponte compromiserint ut eorum alteri, si in eadem Treverensi Ecclesia non remanserit, de annua pensione quoad vixerit necnon de congrua pecuniarum summa pro suis dampnis & factis expensis, alteri vero in casu non nominationis ipsius ad ipsam Treveren-

verenſem Eccleſiam de annua certa penſione decenti competentique habitacione ſuper bonis dicte Treverenſis Eccleſie donec vixerit, Itaque de hijs bene ſecuri eſſe potuerint provide curaremus, quemadmodum memorate compromiſſi littere lacius continere videntur, cum vero hoc ipſum in nos compromiſſum per partes prefatas ſponte initum ſanctiſſimus Dominus noſter Dominus *Eugenius* Papa quartus ſua auctoritate Apoſtolica ratum habens & ex certa ſcientia approbans dictis contendentibus vel alteri eorum in caſu non nominationis ad dictam Eccleſiam Treverenſem de certa penſione de qua nobis videbitur ſuper fructibus & proventibus ad menſam dicte Eccleſie pertinentibus, nec non de congrua habitacione quoad vixerit reſervandi auctoritate Apoſtolica plenam & liberam nobis facultatem conceſſit, prout hec in prefati Domini noſtri Apoſtolici approbacionis nobisque conceſſe facultatis bulla lacius continetur, cujus tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis: = *Eugenius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus & dilecto filio *Theodorico* Archi-Epiſcopo Colonienſi *Theoderico* Electo Maguntinenſi ac *Friderico* Epiſcopo Wormatienſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sedes Apoſtolica veluti pia mater nonnunquam pro ſcandalis & diſſenſionibus removendis ac maxime pro evitandis animarum periculis aliqua fieri conſentit, que alias illis ceſſantibus nullo modo permitteret, dumque afflictorum filiorum quieti & ſaluti conſulit rigorem juſticie utiliter &

conſulte relaxat, ſane ſicut multorum preſertim diebus iſtis dilectorum filiorum *Tylmani de Lyns* Prepoſiti ſancti *Florini* in *Confluentia* & *Rudolfi* de *Rudesheim* Canonici Wormatienſis Oratorum veſtrorum relatione percepimus, dilecti filij vaſalli ſubditi & incole Eccleſie Treverenſis varijs bellorum tempeſtatibus & alijs incommodis maximis ex eo quod nonnulli eorum venerabili fratri noſtro *Rabano* Archi-Epiſcopo Treverenſi, alij vero *Ulrico* de *Manderſcheit* ad ipſam Electum ſe aſſerenti adeſerunt, provenientibus, die laceſſiti ad tantas anguſtias & calamitates perveniſſe noſcuntur ut niſi celeri oportuno remedio ſuccurratur, de totali confuſione ac ultimo exterminio totius illius patrie veriſimiliter timeatur, Nos vero tantis malis pie compatientes ac hujusmodi periculis quantum in nobis eſt, obviare cupientes, poſt varios tractatus conſultationes conventiones & conſiderationes multas diverſis temporibus per vos & conſiliarios veſtros habitos non ſine gravibus laboribus & expenſis tandem in id conveniſtis, ut partes videlicet venerabilis frater noſter *Rabanus* & *Ulricus* predicti ſuper dicta Eccleſia contendentes pro pace & quiete in vos compromitterent ut ſcilicet aſſumptis novem deputatis illorum vel majoris partis eorum conſilio & informatione illum ex dictis contendentibus vel alium Tercium eciam alias Epiſcopum ubi opus eſſet, quem pro pace & utilitate ipſius Eccleſie & patrie magis convenire videretur, dicte Eccleſie Archi-Epiſcopum nominare & pronuntiare debe-

rent,

Digitized by Google

rent, illisque sic contendentibus aut alteri eorum de pensione eciam cum habitacione decenti super fructibus & bonis dicte Ecclesie prout vobis visum fuerit providere ac alia facere possent que in dicto compromisso & ejus tenore lacius continentur, unde ex parte vestra nobis fuit per Oratores predictos humiliter & devote supplicatum quatenus ad obviandum infinitis scandalis & animarum periculis compromissum hujusmodi & omnia inde secuta ratificare & approbare auctoritate Apostolica dignaremur, Nos itaque has piam sollicitudinem & providenciam vestras plurimum commendamus omniaque & singula supra premissa attencius considerantes ac de vestris prudentia fide & circumspectione in alijs magnis & arduis negotijs comprobatis plurimum in Domino confidentes sperantesque honorem sedis Apostolice vobis in premissis debere esse propensius recommissum vestris supplicacionibus inclinati dictum compromissum in vos ut premittitur factum licet cum cordis nostri dolore & mentis angustia auctoritate Apostolica ratum habentes & ex certa scientia approbantes omnesque & singulas absoluciones relaxaciones dispensaciones & rehabilitaciones per prefatos *Tilmannum* & *Rudolphum* virtute subdelegacionis per predictum Episcopum Wormacien-sem auctoritate sacri Concilij Basilien-sis communiter vel divisim factas, approbantes omnem supplentes defectum si quis intervenerit ac eciam in quantum opus esset, de novo tollentes & penitus abolentes, vobis illum nominandi & pronun-

ciandi hac vice duntaxat in Archi-Epiſcopum dicte Eccleſie Treverenſis eciam ſi alterum ex dictis contendentibus quicunque ille ſit vel alium eciam alias Epiſcopum juxta dicti compromiſſi tenorem, quem haberi volumus pro ſufficienter expreſſo ac etiam dictum *Rabanum* a vinculo quo prefate Eccleſie Treverenſi tenetur aſtrictus primo & ante omnia ſi alium ad dictam Eccleſiam pronuntiari contingeret, abſolvendi, nec non alium Epiſcopum ſi talis nominari contingat a ſua eccleſia ad dictam eccleſiam Treverenſem non tamen invitum transferendi, inſuper dictis contendentibus vel alteri eorum quicunque ille ſit, in caſu non nominacionis vel pronunciacionis de ipſis vel altero eorum ad dictam Eccleſiam Treverenſem de certa penſione de qua vobis videbitur ſuper fructibus & proventibus ad menſam dicte Eccleſie pertinentibus nec non de congrua habitacione eis vel alteri eorum quoad vixerint reſervandi conſtituendi & aſſignandi ac eciam dilectis filijs Capitulo & clero Civitatis & Dyoceſis nec non vaſallis ſubditis & incolis dicte Eccleſie Treverenſis mandandi ut dicto ſic per vos ut premittitur nominato & pronuntiato debitam obedienciam & reverenciam eciam per juramentum ubi opus fuerit faciant & impendant contradictores quoque & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas & alia juris remedia appellacione remota compellendi invocato ad hoc eciam ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, Inſuper prefatum *Ulricum* & complices ejus ſeu alios quoſcunque ab omni vinculo

culo excommunicacionis eciam pro injeccione manuum in clericos violenta & alijs quibuscunque censuris eciam auctoritate nostra seu dicti Concilij aut alterius cujuscunque specialiter fulminatis, ac omnes irregularitatis inhabilitatis & infamie maculas occasione premissorum contractas dummodo id humiliter petierint in forma juris absolvendi & abolendi ac eciam dictum *Ulricum* ad quascunque dignitates Episcopales vel Archi-Episcopales habilitandi & cum eo super omnibus & singulis premissis plene dispensandi nec non omnia alia & singula gerendi faciendi disponendi que ad predictorum & memorati compromissi executionem videritis expedire, de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane Ecclesie Cardinalium consilio auctoritate Apostolica plenam & liberam tenore presencium concedimus facultatem, volumus autem quod si vos omnes premissa exequi non poteritis, duo vestrum nichilominus ea exequantur, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis nec non ipsius Ecclesie Treverensis etiam juramento seu confirmacione Apostolica vel quavis alia firmitate roboratis statutis & consuetudinibus ceterisque contrarijs quibuscunque, aut si persone preficiende ut premittitur Capitulo clero vasallis subditis aut incolis predictis communiter vel divisim ab eadem sede sit indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mencionem. Datum *Florencie* Anno Incarnacio-

nacionis Dominice Milleſimo quadringenteſimo triceſimo quinto Nonis Martij Pontificatus noſtri anno quinto = Et quia virtute dicti compromiſſi auctoritate Apoſtolica approbati de conſilio majoris partis novem ad hoc deputatorum & aſſumptorum prefatum Dominum *Rabanum* In Archi-Epiſcopum Treverenſem nominavimus, antedicto quoque Domino *Ulrico* duo milia florenorum Renenſium ſibi quolibet anno donec vixerit in feſto Nativitatis Domini aut menſe immediate ſequenti ſolvendorum ſibique caſtrum *ſtoltzenfels* cum Valle ſubjacente & pertinentijs ad idem caſtrum pro habitacione deputavimus & aſſignavimus quod ad modum noſtre pronunciacionis littere diſtinctius clariusque continere videntur, volentes itaque dictum Dominum *Ulricum* de prefata penſione & habitacione bona ſecuritate aſſecurare & ſecurum facere ut ſibi dicta penſio annua proveniat habitacioque remaneat donec vixerit virtute antedicte Commiſſionis Apoſtolice ſedis auctoritate nobis in hac parte conceſſa per has noſtras patentes litteras reſervamus, conſtituimus & aſſignamus prefato Domino *Ulrico* duo milia florenorum Renenſium in Auro ſibi de proventibus in theolonio in *Engers* ad Eccleſiam Treverenſem ſpectantibus in feſto Natalis Domini proxime futuro aut menſe immediate ſequenti & deinceps ſingulis annis in feſto Natalis Domini aut menſe inmediate quodlibet feſtum Natalis Domini ſequente quoad idem Dominus *Ulricus &c.* vixerit, ſolvendorum, niſi aliunde contentaretur, ita quod ſponte predicte

pen-

penſioni renuntiaret, dictum inſuper Caſtrum *ſtoltzenfels* cum valle ſubjacente & pertinencijs ad idem caſtrum pro habitacione eidem Domino *Ulrico* aſſignamus eadem auctoritate Apoſtolica nobis conceſſa eo modo ut Domino Archi-Epiſcopo Treverenſi ſuisque ſucceſſoribus ſubditis & incolis ejusdem Eccleſie Treverenſis & ſub protectione ſeu defenſione eorum conſiſtentibus nullum ex eodem Caſtro aut in idem caſtrum dampnum moleſtia aut detrimentum per ſe aut ſuos inferat aut inferri quovis modo paciatur aut tolleret qualibet fara & fraude omnino ſemotis, mandantes Apoſtolica auctoritate predicta nobis in hac parte conceſſa memorato Domino Archi-Epiſcopo necnon Decano & Capitulo Eccleſie Treverenſis ſuisque ſucceſſoribus Archi-Epiſcopis Decano & Capitulo ejusdem Eccleſie Treverenſis qui pro tempore fuerint, quatenus dicto Domino *Ulrico* in terminis predictis de prefata reſervata ac conſtituta ſibi penſione, donec vixerit, faciant & procurent integre reſponderi, quodque caſtrum antedictum pro habitacione ſibi conſtitutum ab eo non auferatur ſed eundem in habitacione dicti caſtri pacifice teneantur & defendant, niſi alias contentus redderetur, quod idem caſtrum traderet ad manus Archi-Epiſcopi Treverenſis pro tempore exiſtentis. In quorum omnium & ſingulorum fidem, robur & teſtimonium preſentes ſigillorum noſtrorum juſſimus appenſione communiri, & nos *Rabanus* Dei Gratia Archi-Epiſcopus Treverenſis &c. ac Decanus & Capitulum ejusdem Eccleſie

Treverenſis recognoſcimus per preſentes, quod dictas reſervacionem, aſſignacionem & conſtitucionem penſionis duorum milium florenorum & habitacionis caſtri predicti *Stolczenfels* prefato Domino *Ulrico* auctoritate Apoſtolica factas ratas habentes omni eo modo ut premittitur nobis & noſtris ſucceſſoribus Archi-Epiſcopis ac Decano & Capitulo Eccleſie Treverenſis per has noſtras patentes litteras bona fide loco juramenti promittimus quod prefato Domino *Ulrico* dictam penſionem ſibi reſervatam & conſtitutam tradi & aſſignari ac de eadem ſibi reſponderi in terminis conſtitutis ut prefertur, donec vixerit fideliter ordinabimus niſi aliunde contentaretur, ita quod ſponte predicte penſioni renuntiaret, quodque caſtrum prefatum cum valle ſubjacente & pertinentijs ad idem caſtrum ſibi pro ſua habitacione conſtitutum ab eo non auferemus ſed ipſum in habitacione dicti caſtri pacifice tueri & defendere curabimus omni fraude dolo & fara penitus amotis niſi alias contentus redderetur quod idem caſtrum ad manus noſtras traderet aut alterius Archi-Epiſcopi Treverenſis pro tempore exiſtentis, ut autem de annua prefata penſione antedictus Dnūs *Ulricus* eo poterit eſſe ſecurior, nos *Rabanus* Archi-Epiſcopus predictus memoratorum Decani & Capituli noſtri conſenſu & voluntate accedentibus bona fide loco juramenti promiſimus & preſentibus noſtris literis ſpondemus pro nobis & noſtris ſucceſſoribus Archi-Epiſcopis Eccleſie Treverenſis nos bona fide curare ordinare & disponere

ponere velle & debere, quod quicunque prefati theolonij noſtri Notarij ac alij familiares qui ad hoc ipſum theolonium pro tempore & quociens deputati fuerint, corporale preſtabunt juramentum prefato Domino *Ulrico* quod ſibi annuam duorum Milium florenorum penſionem reſervatam in terminis predictis nominatis & ſtatutis, donec vixerit, de proventibus ejusdem noſtri theolonij ad nos & Eccleſiam noſtram Treverenſem ſpectantibus tradent & aſſignabunt quibuslibet contradictione impedimento ſeu dilacione penitus & omnino ſemotis, quodque ſuper tali preſtito juramento literas ſigillis eorum ſeu ſi propria non habuerint aliorum fide dignorum ſigillis ſigillatas dabunt, quibus juramentum ut prefertur, ſe fateantur preſtitiſſe. Nos quoque Decanus & Capitulum Eccleſie Treverenſis pro nobis & noſtris ſucceſſoribus bona fide loco juramenti promittimus per preſentes quod quociens dictam Treverenſem Eccleſiam vacare contigerit, prefato Domino *Ulrico* in humanis vivente, nullum in ejusdem Eccleſie Archi-Epiſcopum ſuſcipiemus neque obedienciam ab incolis officiatis & vaſallis provincie Treverenſis alicui preſtare faciemus, niſi prius preſentem reſervacionem ac conſtitucionem prefatarum annue penſionis & habitacionis Domino *Ulrico* de *Manderſcheit* factas eo modo, ut premittitur, ratas & firmas ſe inviolabiliter obſervaturum promiſerit ſuasque deſuper patentes litteras ſigillo ſuo ſigillatas in meliori forma eidem Domino *Ulrico* tradiderit in quibus ſe obſervatu-

rum ſub bona fide omnia premiſſa promiſiſſe fateatur. In quorum omnium & ſingulorum fidem robur & teſtimonium Nos *Rabanus* Archi-Epiſcopus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris Archi-Epiſcopis Eccleſie Treverenſis ſigilli noſtri, Decanus quoque & Capitulum prefati pro nobis & noſtris ſucceſſoribus Decano & Capitulo dicte Treverenſis Eccleſie Capituli ſigilli juſſimus appenſione communiri. Datum *Reenſe* in vigilia Palmarum Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſexto.

31. Martij.

XIX.

ALS SICH HER RABAN ERCZBISCHOFF ZU TRIERE VERSCHREBEN HAIT VON DER SCHULT WEGEN DIE DER VON MANDELSCHEIT GEMACHET HAIT UND AUCH VON DES VON MANDELSCHEIT BURGEN WEGEN.

Wir *Rabann* von gots gnaden Erczbiſchoff zu *Triere &c.* bekennen und dun kunt offenbare mit dieſem brieff als die erwirdigen her *Dieterich* erwelter und beſtetigter Erczbiſchoff zu *Mentze &c.* her *Diterich* Erczbiſchoff zu *Collen &c.* und her *Friderich* biſchoff zu *Worms* ettlichen die des wirdigen her *Ulrichs* von *Manderſcheit* burge wurden ſint iren brieff geben hant, das ſie die ſtete ſloſſe und lande des ſtiffts von *Triere* nymant inge-

ingeben wollen, die burgen die des alsdann begerende ſind, ſin dann voran zu redelichkeit verſichert, ſolicher burgeſchafft keynen ſchaden zu haben in guter bequemlicher forme und als in demſelben brieffe nemlichen begrieffen iſt und geſchriben ſteet das die burgen die burge wurden ſint vor ein ſumme gelts hern *jacob* von *ſirck* Dumprobſt zu *Wirtzpurg* und *Arnolt* von *ſirck* ritter und anderen biſs uff ein ſumme von viertzig tuſent gulden ane geverde und uns dann die obgenant unſere herren und guten frunde eynen zettel ubergeben und damit verſten laſſen hant das ine derſelbe zettel von dem Vorgenant her *Ulrich* von *Manderſcheit* und den burgen geſchickt und ubergeben ſin und das dieſelben unſer herren iren brieff den burgen uff den zettel alſo gegeben haben darynn die vorgenant her *jacob* von *ſyrck* und *Arnolt* von *ſyrck* ritter und andere den man ſolich ſchult ſchuldig worden iſt, geſchrieben ſteent, dieſelben und wie vil man iglichem ſchuldig worden iſt, als derſelbe zettel das ynneheldet und uſswyſet, hernach geſchrieben ſteent. Item hern *Arnolt* von *ſirck* ſiebenczehen tuſent gulden derſelbe iſt ein teil beczalt Item hern *jacob* von *ſirck* zwey tuſend gulden jare penſien der jare penſien ſteet ein teil uſſe, Item *Hilliger* von *der Keden* zwey tuſend gulden Item *Ludwig* von *cluppel* tuſend gulden Item *johann* von *Geiſpuuche* tuſent gulden Item *Kiether* burger zu *Collen* achthundert gulden Item *Thys* von *Alcken* viertuſent gulden des iſt *francken* von *Cronenberg* wurden da-

von

von ſiebentzehen hundert gulden Item dem *Gotbart* von *Deynsbur* vier hundert gulden Item *Herman Kucken* drutzehen hundert gulden Item *Daniel* von *Gundersdorff* ſechszehen hundert gulden der iſt *francken* vorgenant wurden tuſent gulden Item dem von *junckerode* eylff hundert gulden Item her *Friderich* vom *ſteyn* achthundert gulden Item *oſſwalt* funffhundert gulden Item den burgern zu *Lutzenberg* dryhundert gulden Item *Conen* von *pirmont* tuſent gulden Item *Gerbart* von *Schonenburn* funffhundert gulden Item *Engelbrecht* von *Orisbeck* ſechshundert gulden Item *Gothardt Snyder* zweyhundert gulden Item *Gotbart* von *Wildemberg* vierczig acht gulden Item den von *Edegere* hundert ſiebenczig gulden Item *Walraben* von *Heersdorff* ſechczehen hundert gulden. Des haben wir mit wiſſen willen und verhengniſſe der erſamen dechand und cappittels unſer kirchen zu *Triere* ſolich vorgerurte ſchult uff uns und unſern ſtifft genomen die zu beczalen und uſszurichten und her umb ſo gereden verſprechen und globen wir in crafft diſs brieffs fur uns und unſer nachkomen Erczbiſchoff zu *Triere* das wir ſolich vorgerurt ſchult biſs uff ein ſumme vierczig tuſent gulden betzalen und uſsrichten und die burgen die darfur burgen worden ſint der burgeſchafft ane iren ſchaden ledigen und davon ſchadeloys halten ſollen und wollen ane alle geverde, und des zu orkunde und veſten gezuckniſs ſo haben wir Erczbiſchoff *Rabann* obgenant fur uns und unſer nachkomen Erczbiſchoff zu *Trier* unſer ingeſiegel

geſiegel mit rechtem wiſſen an dieſen brieff thun hencken und wir Dechand und Capittel des Dumſtiffts zu *Triere* bekennen und thun kunt offenbare mit dieſem brieffe das der vorgenant unſer gnediger herre Erczbiſchoff *Rabann* ſolich vorgerurt ſchult uff ſich und ſinen ſtifft genomen und ſich den burgen verſchreben hat als vorgeſchrieben ſtet mit unſerm wiſſen willen und verhencknis und wir geben auch dartzu unſern guten willen und verhengnis in crafft diſs brieffs und des zu orkunde und veſtem gezuckniſs ſo haben wir unſer cappittels ingeſiegel zu des obgenant unſers gnedigen herren ingeſiegel an dieſen brieff gehangen, der geben iſt uff den heiligen *palm abent* Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſexto.

31. Martij.

XX.

ALS SICH MYN HERRE VON TRIERE VERSCHREBEN HAT BYNNEN SEHS JAREN NUST ZU VERSETZEN NOCH ZU VERKEUFFEN ANE WISSEN SINES CAPPITTELS &c.

Wir *Raban* Erczbiſchoff zu *Triere &c.* bekennen uns und tun kunt offembar mit dieſem brieve allen den die in ſehen oder horen leſen als in dem Uſsſpruche den die erwirdigen her *Dietherich &c.* her *Dietherich &c.* und her *Frederich*

rich &c. nach rate und underwiſunge der Nune die zu den ſachen gegeben ſin, getan und ubergeben han, begrieffen iſt, das dem ſtifft zu *Triere* nuczlich ſin ſolle, das ſich ein Erczbiſchoff verbinden verſprechen und mit ſinen offin brieven mit ſinen anhangenden ingeſiegeln verſiegelt verſchriben ſolle by ſinen furſtlichen truwen und eren das er in den nechſten ſechs jaren nacheynander folgende des ſtiffts ſloſſe ſtete ſteende gulte oder andere ligende guter nicht verſetzen verkeuffen entfrembden oder nüwe lehen machen ſolle ane rat willen und wiſſen ſins capittels zu *Triere* und drier perſonen darczu gegeben, als das in dem Uſſpruch eigentlichen und ſollichen begrieffen iſt und geſchreben ſteet, des verbinden und verſprechen wir uns in dieſem unſerm offin brieve by unſern furſtlichen truwen und eren das wir in den nechſten ſechs jaren nach eynander folgende des ſtiffts zu *Triere* ſloſſe ſtete ſteende gulte oder ander ligende gutere nicht verſectzen verkeuffen entfromden oder nuwe lehen machen ſollen ane rat willen und wiſſen unſers capittels zu *Triere* und drier perſonen darczu gegeben nach lute und inhalt des vorgerurten Uſſpruchs ungeverlich, und ob wir in den nechſten ſechs jaren des ſtiffts ſloſſe ſtete ſteende gulte oder ander ligende gutere verkeuffen verſetzen entfromden oder nuwe lehen machen wurden ane rat willen und wiſſen unſers vorgeſchreben capittels und der drier perſonen des doch nit ſin ſal, ſo ſal ſolichs unkrefftig ſin und nicht macht

haben,

haben, und des zu orkunde ſo haben wir unſer ingeſiegel mit rechter wiſſen an dieſen brieff thun hencken und ſint dieſer brieve zwene die geben ſint, Geben am heiligen *palme abent* Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſexto.

31. Martij.

XXI.

ALS MYN HERRE VON TRIERE GLOBT UND GESWORN HAT DEN USSSPRUCHE ZU HALTEN DEN DIE NUNE GETAN HAN.

Wir *Raban &c.* bekennen und tun kunt offembar mit dieſem brieve allen den die in ſehent oder horent leſen, als in dem Uſſſpruch den die erwirdigen her *Ditherich &c.* her *Ditherich &c.* und her *Frederich &c.* von des artickels wegen antreffende die partilickeit in dem ſtifft von *Triere* nach rate und underwyſunge der Nune getan und ubergeben hant, begrieffen iſt das wir ine globen und ſweren und des unſre beſiegelten brieve geben ſollen zu halten und zu thun als des Uſſſpruch daruff uſswiſet und ynhildet, da bekennen wir mit dieſem unſerm offin brieve das wir den obgenanten unſern herren und guten frunden globt und geſworn haben zu halten und zu tun, als der Nune rat und underwiſunge und derſelbe Uſſſpruch daruff uſswiſet und ynhieldet, doch ſollen dieſe unſre eyde und verſchribunge hernach

nachmals ſo eyn Erczbiſchoff zu *Triere* zu dem ſtiffte komet dheynem Ertzbiſchoff noch auch dem ſtifft zu *Triere* keyne nuwerunge oder anderunge brengen oder von dieſer unſer verſchribunge und eyde wegen furgenomen, ſunder es ſal dann furter gehalten werden als es von alter herkomen und gewonheit iſt und des zu orkund und veſter gezugniſſe haben wir unſer Ingeſiegel mit rechter wiſſen an dieſen brieff tun hencken und ſint der brieffe funffe die geben ſin, Geben am heiligen *palme abent* Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſexto.

31. Martij.

XXII.

ALS MYNE HERREN VON MENTZ COLN UND WORMSS HEISSEN ALLE AMPTLUDE MYM HERREN VON TRIERE ZU GEWARTEN UND IM DIE STETE UND DORFFER &c. ZU SINEN HANDEN ZU GEBEN.

Von Gots gnaden Wir *Ditherich &c. Ditherich &c.* und *Frederich &c.* embieten allen und iglichen amptluten der sloſſe ſtette und dorffer des ſtiffts zu *Triere* unſern gruſs und alles gut und laſſen uch wiſſen als wir den Uſsſpruch von des vorgenant ſtiffts wegen von *Triere* getan und ubergeben, und in demſelben Uſsſpruch under andern artickeln uſsgeſprochen han das dem

erwir-

erwirdigen hern *Raban* Erczbiſchoffe zu *Triere* der ſtifft zu *Triere* mit ſloſſen ſteten landen luten und aller zugehorunge ungeverlich yngeben werden ſolle und das ine auch huldunge glubde und eyde von den ſteten und undertanen deſſelben ſtiffts getan werden und geſcheen ſollen, als der Uſſſpruch das clerlichen uſswiſet und ynhildet, und als wir uch amptluden in unſerm brieve befolhen haben keynen herren zuzulaſſen den burgen ſy dann fur eyne nemliche ſumme gelts in demſelben unſerm brieve begrieffen eyn redelich genugen geſcheen der burgeſchafft keynen ſchaden zu han nach lute deſſelben brieffs, da haben wir ſoliche redeliche verſicherheit in bequemlicher forme mit des vorgenant hern *Rabans* Erczbiſchoff zu *Triere* Ingeſiegeln verſigelt den burgen geboten, alſo das der gebreſte an uns mit geweſt iſt und wir getan han, was uns zu thun geburete und geburete uns icht mee darinn zu thun, das wolten wir auch thun, Und herumb ſo heiſſen wir uch amptlude alle und uwer iglichen beſunder und auch keiner portener thurne knechte und wechter alle und igliche beſunder des ſtiffts zu *Triere* ſloſſe ſtete und dorffer und empfelhen uch by den hulden uns getan, das ir dem obgenant hern *Raban* Erczbiſchoffe zu *Triere* oder wem er das emphelhen wirdet, die ſloſſe, ſtete und dorffer mit aller zugehorunge unverczoglich und ane intrag und widerrede yn und zu ſinen handen gebent nach lute des Uſſſpruchs als obgeſchreben ſteet und ſo ir das getan habt, als ir

auch tun ſollet, ſo ſagen wir uch alle und igliche ſolicher hulde glubde und eyde, ſo ir uns oder dem edeln *Wilhelm* Grauen *zu Wiede* der oberſter Amptmann des ſtiffts von *Triere* geweſt iſt, von unſern wegen davon getan habt genczlich qwyt ledig und loiſs genwerticlich mit crafft dieſes brieffs ane alle geverde, Wir han auch dem vorgenant *Wilhelm* graven *zu Wiede* befolhen und gancze und folle macht gegeben und geben ime mit dieſem unſerm offin briefe uch alle und iglichem beſunder uwer huldunge glubde und eyde ſo Ir uns oder Im von unſerm wegen getan habt, in obgeſchrebner maſſe qwyt ledig und lois zu ſagen, Orkund dieſs briefs mit unſerm anhangenden ingeſiegel verſigelt der geben iſt zu *Laynſtein* am mitwochen nechſt nach ſant *Walpurg* tage Anno Domini Milleſimo CCCC° triceſimo ſexto. der brieve ſint dry.

2. Maji.

XXIII.

ALS MYN HERRE VON MENTZE COLN UND WORMSS GEBIETEN ALLEN STETEN MYM HERREN VON TRIERE ZU GEWARTEN.

Von gots gnaden Wir *Ditherich &c. Ditherich &c.* und *Frederich &c.* embieten allen und iglichen burgermeiſtern ſchultheiſſen ſcheffen reten burgern und gemeinden aller und iglicher

ſtete

ſtete und dorffer des ſtieffts zu *Triere* unſern gruſs und alles gut und laſſen uch wiſſen, als wir den uſsſpruch von des vorgenanten ſtiffts wegen von *Triere* getan und ubergeben und in demſelben uſsſpruche under andern artickeln uſsgeſprochen han das dem erwirdigen hern *Raban* Erczbiſchoffe zu *Triere* der ſtifft zu *Triere* mit ſloſſen ſteten landen luten und aller zugehorunge ungeverlich yngeben werden ſolle und das Ime auch hulde glubde und eyde von den ſteten und undertanen deſſelben ſtiffts getan werden und geſcheen ſollen, als der uſsſpruch das clerlichen uſswiſet und virhildet, herumb ſo begern fordern und heiſſen wir uch alle obgeſchreben und igliche beſunder by den hulden die ir uns getan habt, das ir den obgenanten hern *Raban* Erczbiſchoff zu *Triere* als eynen Erczbiſchoff zu *Triere* unverczoglichen uffnemen und ime hulden globen und ſweren ſollet, als ſich eynem Erczbiſchoff zu *Triere* zu thun geburet ungeverlich nach lute des uſsſpruchs oder wem er das an ſine ſtat emphelhen wirdet ungeverlich, und ſo ir das getan habt, als ir auch thun ſollet, ſo ſagen wir uch alle und igliche beſunder ſolicher hulde glubde und eyde ſo ir uns ader dem edeln *Wilhelm* graven *zu Wiede* der obriſter amptmann des ſtiffts zu *Triere* geweſt iſt, von unſern Wegen getan habt genczlich qwyt ledig und lois geinwerticlich mit crafft dieſes brieffs ane alle geverde, Wir han auch dem obgenanten *Wilhelm* grauen zu *Wiede* befolhen und gantze und volle macht gegeben und geben Ime

mit dieſem unſerm offin brieve uch alle und igliche beſunder, uwer huldunge glubde und eyde ſo Ir uns oder Im von unſern wegen getan habt in obgeſchribner maſſe qwyt ledig und lois zu ſagen, orkunde dieſes brieffs mit unſerm anhangenden ingeſiegeln verſiegelt der geben iſt zu *Lanſtein* am mitwochen nechſt nach ſant *Walpurg* tage Anno Domini Milleſimo CCCC° triceſimo ſexto. der brieff ſint dry.

2. Maji.

XXIV.

ALS MYNE HERREN VON MENCZE COLLEN UND VON WORMSS GEBIETEN ALLEN UNDERTANEN DES STIFFTS ZU TRIERE MYNEM HERRE VON TRIERE ZU GLOBEN UND ZU SWEREN.

Von gots gnaden Wir *Ditherich &c. Ditherich &c.* und *Frederich &c.* embieten allen und iglichen amptluten burgermeiſtern ſcultheiſſen Scheffen Reten burgern und gemeinden aller und iglicher ſloſſe ſtete und dorffer des ſtiffts zu *Triere* Unſern gruſs und alles gut und laſſen uch wiſſen, als wir den uſsſpruch von des vorgenant ſtiffts wegen zu *Triere* getan uberkomen und in demſelben uſsſpruch under andern artickeln uſsgeſprochen han das dem erwirdigen hern *Raban* Erczbiſchoff zu *Triere* der ſtifft zu *Triere* mit ſloſſen ſteten landen luten und aller zugehorunge ungever-

geverlich yngegeben werden ſolle und das im auch huldunge glubde und eyde von den amptluden ſteten und undertanen deſſelben ſtiffts getan werden und geſcheen ſollen als der uſsſpruch das clerlichen uſswiſet und ynhildet, alſo ſchicken wir zu uch dieſe genwertige unſer rete und lieben getruwen und begern fordern und heiſſen uch und auch kelner portener thurneknechte und wechtere alle und igliche beſunder des ſtieffts zu *Triere* ſloſſe ſtete und dorffer by den hulden die ir und ſie uns getan habt, das ir dem vorgenant hern *Raban* Erczbiſchoff zu *Triere* als eynen Erczbiſchoff zu *Triere* unverczoglich uffnemen und ime hulden globen und ſweren ſollent, als ſich eynem Erczbiſchoff zu *Triere* zu thun geburet nach lute des vorgenant unſers uſsſpruchs oder wem er das an ſine ſtat empfelhen wirdet ungeverlich, und das ir die vorgenant ſloſſe ſtete und dorffer des ſtiffts zu *Triere* vorgenant diſen geinwertigen unſern reten und lieben getruwen an unſer ſtat yngebent unverzoglich die dem vorgenant Erczbiſchoff *Raban* oder wem er das emphellen wirdet, furter ynzugeben und ſo ir das alſo getan habt, als ir auch thun ſollent, ſo han wir denſelben unſern genwertigen reten und lieben getruwen empholhen und gancze macht gegeben uch ſolicher hulde glubde und eyde ſo ir uns oder dem edeln *Wilhelm* grauen *zu Wied* uberſtem Amptmann des ſtiffts zu *Triere* von unſern wegen getan habt qwyt ledig und lois zu ſagen und wir ſagen uch auch alle und uwer iglichen beſunder

derſelben hulde glubde und eyde alsdann qwyt ledig und lois genwerticlich mit crafft dieſs, des zu orkunde ſo han wir unſs iglicher ſin ingeſigel an dieſen brieff thun hencken, der geben iſt zu *Laynſtein* am mitwochen nach ſant *Walpurg* tage Anno Domini Milleſimo CCCC°XXX ſexto. der briefe ſint dry.

2. Maji.

XXV.

LITTERAE APOSTOLICAE *INNOCENTII III. PP.* ab anno 1202 — 1206.

COMMISSIO APOSTOLICA IN NEGOTIO ELECTIONIS EPISCOPI AUGUSTANI AN. MCCII. FACTAE.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Venerabilibus fratribus *Siffrido* Archi-Epiſcopo Maguntinenſi, . . Herbipolenſi Epiſcopo *) & Dilecto filio . . . Abbati de *ſalem* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Litterarum perlecto tenore, quas dilecti filij *Capitulum Auguſten*: ad noſtram preſentiam deſtinarunt,

*) *Conradus* de *Ravensburg* is erat, eodem adhuc anno MCCII. prope Eccleſiam Cathedralem proditorie occiſus.

Digitized by Google

narunt, cognovimus evidenter, quod eorum Ecclesia destituta pastore, *) deliberatione habita diligenti, de religiosorum virorum consilio unum de gremio ipsius Ecclesie **) concorditer elegerunt, asserentes ipsum apud eos probate ac inculpate opinionis hucusque fuisse, etate, scientia moribusque provectum, & quantum ad parentes, magnis immo majoribus natalibus originem contraxisse, uno dumtaxat excepto, quod cum venia devote confessionis nobis exprimendum duxerunt, videlicet, quod eum de legitimo natum matrimonio dicere non audebant, quem cum debuissent primitus postulare ob evidentem utilitatem ipsius Ecclesie, ac necessitatem urgentem cum quadam festinatione, ne superveniret fratrum dissensio, elegerunt, timentes, ne discordantibus ipsis, cum in personam aliam non potuissent inveniri concordes, potentia secularis eorum disponendi diocesim & in ea Episcopum intrudendi plenam sibi vendicare presumetur potestatem. Unde ut possent evitare hoc malum, eis visum fuit consultius, in misericordie sedis Apostolice manum incidere, quam Ecclesiam ipsam calumpniose subicere servituti, super quo a nobis veniam postulantes, factum eorum petebant a nobis misericorditer con-

 firmari.

*) *Udalschalco* Comite de *Tenneloch*, quem alij ingenuum ab *Eschenlohe* faciunt, qui obijt Kalendis junij MCCII.

**) *Hartwichum* ab *Hyrnhaim*, qui a partibus *Philippi II.* Germanorum Regis erat contra *Ottonem* Saxonem.

Digitized by Google

firmari. Nos ergo cum Fratribus noſtris &c. . . Ne igitur contrarij videamur canonicis inſtitutis, electionem eorum de facto, cum electio non ſit de jure dicenda, ſecundum quod in negotio quoque Mersburgenſis Eccleſie conſimili caſu feciſſe dinoſcimur, non tam irritandam, quam irritam decernimus & inanem, & ut de benignitate Apoſtolice ſedis nos ſibi benivolos ſentiant, quos de jure ſentire deberent offenſos, cum & eligendi meruerint poteſtate privari & ab Eccleſiaſticis beneficijs per tres annos ſuſpendi; ne eorum Eccleſia ob Rectoris defectum ſuſtineat leſionem, miſericorditer ſuſtinemus, ut nominata perſona, quam per aſſertionem eorum circumſpectam accepimus & diſcretam, procurationem exerceat non tanquam electus, ſed tanquam Canonicus Eccleſie ac dioceſis Auguſtenſis, quo non velut electo ſed tanquam Canonico Eccleſiam ac Dioceſim procurante, ſi eum duxerint poſtulandum, ad vos per ſe vel procuratores idoneos accedere non poſtponant. Quocirca diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus tam de ſtatu predicte Eccleſie, quam meritis & natalibus perſone illius, que fuerint inquirenda, diligentius inquirentes, omnia in ſcriptis redacta, infra quatuor menſes ad audientiam noſtram deſtinare minime differatis, cum quibus aliqui de predicto capitulo ad nos venire non tardent, recepturi judicium equitatis. Quodſi non omnes hijs exequendis potueritis intereſſe, tu Frater Archi-Epiſcope cum eorum altero ea nihilominus exequaris, ita, quod

ſi

si tu quoque interesse nequiveris, ipsi duo, de tuo tamen assensu procedant. Datum *Laterani* VII. Idus Novembris Pontificatus nostri Anno V.

7. Nov. 1202.

Ex Regesto An. V. Litterarum Apostolicarum *Innocentij PP. III.* Tom. 2. ep. 99.

XXVI.

BREVE INNOCENTII PP. III. AD S. ARCHIEPISCOPUM MOG. IRRITANS OMNIA LUPOLDI GESTA IN DIOECESI MOGUNTINA.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili Fratri *S.* *) Archi-Episcopo Maguntinensi salutem. Cum juxta legitimas sanctiones non teneat accessorium, ubi non tenuerit principale; firmitatem sortiri non debet, quod Warmaciensis Episcopus, **) in Ecclesia Maguntina presumpsit, in qua temere se intrusit, cum postulatio ejus a nobis admissa non fuit & intrusio sacris sit canonibus inimica. Ideoque fraternitati tue auctoritate presencium indulgemus, ut quicquid in donationibus, concessionibus vel alijs tam in Ecclesia Maguntinensi quam alijs ejusdem diocesis dictus Episcopus acceptavit, sublato Appellationis

*) *Sigefrido II.*

**) *Lupoldus* de *Schönfelt*, Majoris, nec non Neuhausensis & Wimpinensis ante hac Præpositus Ecclesiarum.

Digitized by Google

lationis obſtaculo in irritum revoces vel denunties potius non tenere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere &c. ſi quis autem &c. indignationem &c. ſe noverit incurſurum. Datum *Laterani* 5. Idus Aprilis Pontificatus noſtri Anno VI.

9. Apr. 1203.

Ibi ep. 41. Eidem. *Innoc. III. Sifridum A. M. monet ut Dioceſin ſuam viſitet.*

Ad hoc onus Paſtoralis officij ſuſcepiſti, ut oves Chriſti cujus ex miniſterio deputatus verbo paſcas pariter & exemplo, quia cum eas ſcripture paveris ſacre pane, vere valeas dici Paſtor, Ideoque Fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſicut ad officium tuum ſpectat, dioceſim viſites Maguntinam, ut & parvulis lac potum tribuas & ſolidum cibum provectis apponas. Ne autem corrumpat fermenti modicum totam maſſam & inficiat ovis morbida totum gregem, ſi quos in ea inveneris ſimoniace inſtitutos, ipſos ſublato appellationis obſtaculo canonice punias, & ſi fuerint ſpoliandi, poſt. Canonicam deſtitutionem illorum, eorum beneficia perſonis idoneis facias aſſignari. Preterea tam ſubditos quam Prelatos ſuper exceſſibus ſuis canonice corrigas & hereſes pullulantes ſtudeas penitus confutare. Datum ut ſupra.

1203.

Ex Regeſto An. VI. litterarum Apoſtolicarum *Innoc. PP. III.* To. 2. ep. 40. & 41.

XXVII.

Digitized by Google

XXVII.

BREVE INNOCENTII III. PP. AD CLERUM ET POPULUM MOGUNT: NE S. ARCHIEPISCOPO AMPLIUS RESISTANT.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Canonicis & Univerſo clero & populo in Maguntinenſi dioceſi conſtitutis ſpiritum conſilij ſanioris.

Quod vobis ſubtrahimus veſtre ſalutationis alloquium & Apoſtolice benedictionis Gratiam denegamus, non duritie noſtre, ſed illorum contumacie potius imputetis, qui elegerunt magis ſententiam excommunicationis incurrere, quam mandatis Apoſtolicis obedire. Sane Univerſitatem veſtram credimus meminiſſe, qualiter ſuper diſcordia Eccleſie Maguntinenſis dolentes, cauſam ipſius Venerabili Fratri noſtro G. *) Epiſcopo Preneſtino Apoſtolice ſedis Legato duxerimus committendam, qualiter ipſe in mandati noſtri executione procedens electionem factam de Venerabili Fratre noſtro *S.* Archi-Epiſcopo Maguntinenſi curaverit confirmare & nos tandem ratum habentes, quod factum fuerat ab eodem Archi-Epiſcopo ipſi palleum duxerimus concedendum. Meminiſtis etiam, qualiter vobis mandaverimus, eidem Archi-Epiſcopo reverentiam & honorem debitum exhi-

*) *Guido* Cardinalis.

Digitized by Google

exhibere, executionem mandati noſtri certis executoribus committentes, qui vos ad illud cogerent exequendum, verum quia nondum ad ipſius Archi-Epiſcopi reverentiam acceſſiſtis, univerſitatem veſtram monemus & per Apoſtolica vobis ſcripta diſtricte precipiendo mandamus, quatenus ad Civitatem & Eccleſiam Magunt. admittatis eundem & reverentiam ei debitam exhibentes contra moleſtatores ſuos ei potenter & viriliter aſſiſtatis, nec inpediatis, quo minus liberam amminiſtrationem ejusdem Eccleſie tam in ſpiritualibus quam temporalibus valeat exercere, alioquin preter diſtrictionem, quam executores noſtri jam exercuerunt in aliquos veſtrum & inpoſterum exercebunt, poteritis non immerito formidare, ne ſedes Archi-Epiſcopalis propter inobedientiam veſtram ad locum aliquem, in quo ſint obedencie filij, transferatur. Datum *Laterani* 5. Idus Aprilis Pontificatus noſtri Anno VI.

9. Apr. 1203.

Ex Regeſto An. VI. Litterarum Apoſtolicarum *Innoc. PP. III.* To. 2. ep. 39.

XXVIII.

Digitized by Google

XXVIII.

INNOCENTII III. PP. BREVE CONTRA P. *) SCHOLASTICUM MAGUNT. NEOELECTO ARCHIPRAESULI S. ADVERSANTEM.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Magiſtro *Prepoſitino* Maguntinenſi Scolaſtico Spiritum Conſilij Sanioris. **)

Credebamus hactenus, quod ſapientia regeret in ſenibus & ornaret prudentia litteratos, ſed in te jam, quod dolentes didicimus, e contrario experimur, quod in ſenio deſipis, qui tempore ſapueras juventutis & multe littere ad inſipientiam te adducunt. Nunquid etenim non legiſti, quod crimen ariolandi eſt nolle acquieſcere, & ſcelus idololatrie nolle obedire? Nunquid ſimiliter non legiſti quod obedientia victimis antefertur? ut nunc obedientie ſemita derelicta ſcienter ad inobedientie devia declinaris & malueris contra ſtimulum calcitrare, quam ſtatutis Eccleſie Romane parere? Numquid non noſti, quod venerabilis Frater noſter *S.* Archi-Epiſcopus Maguntinenſis pal-

*) *Præpoſitinus* erat tunc Majoris Moguntinæ Scholaſticus, cum demortuo *Conrado* Archi-Epiſcopo eligeretur *Sigefridus II.* ſimul cum *Lupoldo* Wormatienſium Epiſcopo in Archipræſulem Moguntinum. vid. *Joann. T. I. pag.* 582. & *T. II. p.* 316. Fuit autem *Sigfridus* e Nobili familia ab *Eppenſtein* prognatus Eccleſiæ Collegiatæ ad *S. Petrum* extra muros Præpoſitus.

Digitized by Google

palleum ab Ecclesia Romana recepit? Numquid te latuit, quod publice actum fuit, ut nunc sicut accepimus litteras, quas ipsi concessimus, asseris esse falsas, sicque tacite saltem defendas illas improvidus, que ad perhibendum testimonium falsitati sunt a falsarijs impetrate? An nostrum forsan presumis judicium reprobare judicando de nobis, qui a nobis es potius judicandus? an oblitus forsan es illius quod sepe non solum legisti, sed etiam docuisti, quod servus suo Domino stat aut cadit & qui nos judicat Dominus est? & instar est sacrilegij de judicio Principis judicare? quamvis & si ab hujusmodi liberi simus, ex collata nobis celitus potestate, prompti tamen ex Apostolica humilitate fuerimus sufficientes super hijs reddere rationes. Licet igitur in penam tuam gravius procedere de jure possemus, volentes te tamen ad obedientiam revocare, per Apostolica Tibi scripta mandamus & districte precipimus, quatenus reversus ad mentem ad predicti Archi-Episcopi reverentiam celeriter & humiliter redeas & in ipsa firmiter & devote persistas, Alioquin noveris nos eidem Archi-Episcopo mandavisse, ut nisi infra mensem post susceptionem presentium impleveris, quod mandamus, ex tunc te sublato Appellationis obstaculo, auctoritate nostra suffultus, omnibus Ecclesiasticis beneficijs spoliare procuret, & ea personis idoneis faciat assignari. Ideo autem graviter te corripimus & utinam efficaciter corrigamus, quia dolemus te conversum esse in arcum perversum, de quo Apostolica sedes

aliud

aliud cogitavit. Datum *Laterani* 4. Idus Aprilis Pontificatus noſtri Anno ſexto.

10. Apr. 1203.

Ex Regeſto An. VI. litterarum Apoſtolicarum *Innoc. PP. III.* To. 2. ep. 38.

**) Invectivæ hujus occaſionem refert *c. Bonæ memoriæ X. de electione & electi poteſtate.* ubi *Innocentius III.* PP. Canonicis Moguntinenſibus ita reſcribit: Bonæ memoriæ Maguntinenſi Archi-Epiſcopo viam univerſæ carnis ingreſſo & quibusdam petentibus Wormacienſem Epiſcopum, quibusdam vero Archi-Epiſcopum veſtrum tunc Præpoſitum Sancti *Petri* Maguntinenſis ſibi eligentibus in Paſtorem: Prænestino Epiſcopo a ſede Apoſtolica Legato dedimus in mandatis, ut ſi eundem Epiſcopum quoad temporalia vel ſpiritualia accepiſſe conſtaret Eccleſiam Maguntinenſem vel miniſtraſſe in temporalibus aut ſpiritualibus in eadem, poſtulationem factam de ipſo nunciaret irritam. Deinde inquireret de ipſius electione Archi-Epiſcopi veritatem & ſi ei de vi, quam ipſe & ſui metuebant, conſtaret, eo non obſtante, quod poſt appellationem ad nos interpoſitam, fuerat in ipſius electione proceſſum, cum alij, qui appellationi ad nos interpoſitæ, ne ſine ipſo ac ſocijs ejus haberent in electione proceſſum, non duxerint deferendum, uti contra ipſum hac exceptione non poſſent, quia fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in legem, unde nec ab eis poſſe objici videbatur, quod idem eſſet a paucioribus ſecundum eorum aſſertionem electus, cum ipſi appellationem ad nos legitime interpoſitam contemnentes & præter licentiam noſtram recipientes Epiſcopum memoratum, reddiderint ſe indignos, electionem Archi-

chi-Episcopi confirmaret. Licet autem essent notoria, quæ contra dictum Wormacienſem Episcopum & ejus fautores fuerant objecta, prædictus tamen Legatus ad majorem cautelam multos testes recepit ex ipsius Archi-Episcopi parte productos. Unde ipse juxta mandati nostri tenorem procedens, postulationem factam de Wormacienſi cassavit & electionem Archi-Episcopi memorati, quamvis a pauciſſimis celebratam, curavit auctoritate Apostolica confirmare, ipsumque ordinavit in presbyterum & tandem in Archi-Episcopum consecravit. Contra Legati vero processum hoc facere videbatur, quod non citatis Wormacienſi Episcopo & ejus fautoribus processiſſet. Porro excessus notorius examinatione non indiget, & pro his, quæ a judice sunt acta, præsumitur, quod omnia rite fuerint celebrata, quamvis & quod citati non fuerint, non posset de facili comprobari, quia negantis factum per rerum naturam nulla est directa probatio; cum etsi quilibet de se posset asserere, quod ad eum citatio minime perveniſſet, singuli tamen vestrum essent in suo testimonio singulares. Ad ipsum quoque Legatum, si voluiſſent, secure potuiſſent procuratorem idoneum destinare, sicut nuncium destinarant . . Nos igitur, etsi propter auctoritatem judiciariam præsumamus pro his, quæ acta sunt a Legato, illi tamen plus innitimur rationi, quod adversarij Archi-Episcopi ex tribus causis prædictis se usque adeo reddiderunt indignos, quod contra eum non debebant audiri; unde quod de ipso factum fuerat, non poterat impediri per eos; quin etiam si electoris ejusdem partis pariter deliquiſſent, ut se reddidiſſent indignos, ad nos devoluta fuiſſet hac vice ordinatio Eccleſiæ Moguntinenſis; quare dictum Archi-Episcopum sine juris injuria potuiſſemus eidem Eccleſiæ præficere

ficere in paſtorem. Super his vero, habito diligenti tractatu, caſſationem poſtulationis factæ de Wormacienſi Epiſcopo ratam habemus, electionem memorati Archi-Epiſcopi confirmantes.

XXIX.

INNOCENTII PP. III. DEHORTATORIAE CUM MINIS AD PHILIPPUM DUCEM SUEVIAE, NE LUPOLDO EPISCOPO WORMATIENSI &c. AMPLIUS FAVEAT.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filijs . . . de *Novoburgo* & . . de *Salem* Abbatibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Inaudite preſumptionis exceſſum, quem nobilis vir *Ph.* Dux *Suevie* *) in Apoſtolice ſedis injuriam attemptavit, *Liupuldum* quondam Warmacienſem Epiſcopum ad Maguntinam Eccleſiam quantum in eo fuerat transferendo & fovendo eum in ſue temeritatis exceſſu, etiam poſtquam illius poſtulatio a nobis juſto fuerat judicio reprobata, in patiencia toleravimus hactenus credentes quod errorem ſuum corrigeret per ſe ipſum & idolum zeli quod erexerat in templo Dei velut abho-

*) *Philippus* An. MCXCVIII. in diſcordia Principum electus Rex Romanorum, e cujus partibus ſtabat *Lupoldus* Vangionum Epiſcopus.

Digitized by Google

abhominationem ſtantem in loco ſancto de ipſo eliminare curaret nec uſurparet ſibi, quod nullus Imperatorum vel Principum hactenus attemptavit. Novit enim vel potuit aut debuit ipſe noſſe, quod Apoſtolice ſedi tantum a Domino transferendi Epiſcopos eſt poteſtas indulta, ideoque in meſſem noſtram non debuit mittere falcem ſuam & noſtrum ſibi officium vendicare, quod licet fecerit hactenus, nos tamen ne moveri contra eum potius aſtu amaritudinis, quam zelo rectitudinis videremur, id diſſimulavimus hactenus & laboravimus ſuſtinentes. Verum predictus *L.* quia minis preſumpſerat, nec monitus a ſua preſumptione ceſſabat, excommunicationis primo & poſtmodum ſententiam depoſitionis excepit, quam quia contumax non obſervat & Dux ipſe in contumacia fovet eum juxta Sanctorum Patrum ſententias uterque notam & noxam erroris incurrit; Nos autem adhuc eidem Duci deferre volentes, per vos eum duximus commonendum, ſi forſan ductus conſilio ſaniori ab hujusmodi preſumptione deſiſtat, nec Deo & Eccleſie ſe opponat & Apoſtolicam ſedem quam ratione ſaltem Chriſtianitatis debet humiliter revereri, de cetero irreverenter impugnet. Monemus igitur diſcretionem veſtram & execramur attente & per Apoſtolica ſcripta mandamus in virtute obedientie diſtricte precipimus, quatenus ad eum perſonaliter accedentes ipſum ex parte noſtra monoatis attentius & efficaciter inducatis, ut eidem *L.* nullum de cetero tribuat auxilium vel favorem ſed potius tanquam depoſitum illum

illum abiciat & velut excommunicatum evitet. Alioquin denuntietis eidem, quod in ipsum & terram suam amplius forsan quam extimet, secundum officij nostri debitum, manum nostram curabimus aggravare, cum id ulterius non debebamus in patientia sustinere. Quod autem inveneritis apud eum, per litteras & fidelem nuntium nobis quanto citius poteritis, intimetis. Quodsi non ambo ijs exequendis interesse potueritis, alter vestrum ea nichilominus exequatur. Datum *Anagnie* 6. idus Novembris Pontificatus nostri An VI.

8. Nov. 1203.

Ex Regesto An. VI. Literarum Apostolicarum *Innoc. PP. III.* To. 2. ep. 160.

XXX.

INNOCENTII PP. III. BREVE CONFIRMATORIUM COLLATAE PRAEPOSITURAE AD S. PETRUM MOGUNTIAE.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio *Hen.* *) Preposito sancti *Petri* in *Maguntia* Nepoti Nobilis viri . . Comitis de *Liningen* salutem & Apostolicam benedictionem.

Solet annuere sedes Apostolica &c. Concessionem Prepositure Ecclesie *S. Petri* de *Maguntia* tibi

G 2

*) *Henricus* iste inter Præpositos *S. Petri* extra muros ad annum MCCIII. (videatur Datum hujus Brevis) deberet occurrere *Tom. II. Joannidis pag.* 488. quare ibidem supplendus.

tibi a Ven. Fratre noſtro . . Preneſtino Epiſcopo Apoſtolice ſedis Legato de aſſenſu Venerabilis fratris noſtri *S.* Maguntinenſis Archi-Epiſcopi collate, ſicut canonice facta eſt, auctoritate tibi Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contra ire. ſi quis autem &c. Datum quinto Idus Martij Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Ibid. p. 186.

Innocentius &c.

Dilecto filio Magiſtro *Symoni* *) Clerico Venerabilis Fratris Noſtri G. Preneſtini Epiſcopi Apoſtolice ſedis Legati ſalutem &c.

Confirmatio Collatæ Scholaſteriæ Moguntinæ.

Solet annuere &c. *usque: aſſenſu.* conceſſionem Scolaſtrie Eccleſie Maguntinenſis cum prebenda & alijs pertinentijs ſuis per Venerabilem Fratrem noſtrum *S.* Magunt. Archi-Epiſcopum tibi factam, ſicut canonice facta eſt, auctoritate tibi Apoſtolica confirmamus &c. nulli ergo &c. Datum *Anagnie* 2do jdus Decembris Pontificatus noſtri Anno ſexto.

12. Dec. 1203.

Ex Regeſto An. VI. litterarum Apoſtolicarum *Innoc. PP. III.* To. 2. ep. 43.

XXXI.

*) *Simon* in hoc Brevi nominatus ad Scholaſteriam Majoris deeſt in Syllabo pleniori *Joann. Tom. II. pag.* 316. &c.

Digitized by Google

XXXI.

INNOCENTII PP. III. BREVE AD S. ARCHIEP. MOGUNTINUM, QUO NOTAM EIDEM FACIT BOHEMORUM PETITIONEM CIRCA ERIGENDAM METROPOLITANAM IN BOHEMIA.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili Fratri . . Archi-Episcopo Maguntinensi Salutem & Apostolicam benedictionem.

Usque adeo se nobis in facto tuo hactenus pro majori parte oppositit Ecclesia Maguntinensis *) & sic contumaciter in sua obstinatione permansit, nec adhuc etiam adicit ut resurgat, ut si ei vellemus pro meritis respondere, non solum quia Te caput suum admittere despicit, membris possemus eam penitus mutilare, sed quia non intelligit quante dignitatis privilegium & honoris augmentum per sedem sit Apostolicam consecuta, deberemus reducere caput ad caudam & primam novissimam facere ac novissimam prime preferre in perpetuam memoriam rebellionis ipsius & ejus obprobrium sempiternum, ut ex pena ipsius alij discerent, quod non est tutum contra torrentem brachia dirigere & contra stimulum calcitrare.

*) Pars major elegerat *Lupoldum* Wormacienſem Episcopum, tribus solummodo suffragijs in Sigefridum abeuntibus. vid. *Schannat hist. Wormat. pag.* 364.

Verum quia perſonam tuam ſincera diligimus in Domino caritate, pro te adhuc eidem Eccleſie duximus deferendum, licet quanto magis differimus penam ejus, tanto ſimus etiam eam gravius punituri, niſi quantocius expiaverint culpam ſuam & genimina viperarum, que in ea latebras ſuas fovent, pedibus tuis exhibuerint ſe calcanda & apud te cum filio prodigo proclamarint: Pater jam non ſumus digni vocari filij tui, fac nos ſicut aliquos ex mercenarijs tuis & inter ipſos admitte, qui te Paſtorem noſtrum & animarum noſtrarum Epiſcopum non admiſimus hactenus, nec fuimus veverati. Sane Supplicarunt Nobis Cariſſimus in Chriſto filius noſter illuſtris Rex *) & populus Boemorum, ut cum tu propter locorum diſtantiam & diverſitatem linguarum minus ſufficias circa eos Metropoliticum officium exercere, nos qui vice Chriſti tenemur univerſis fidelibus providere ſollicitudine paſtorali tum propter evidentem utilitatem tum etiam propter neceſſitatem urgentem in *Boemia* cum ſpacioſa & populoſa ſit multum, ſedem Metropoliticam ſtatuere dignaremur, per quam non tam honori eorum quam ſaluti utiliter conſulatur. Licet autem propter contumaciam Eccleſie Maguntinenſis petitio hec accelerari deberet potius quam differri, **) ne tamen contra te

*) *Przemyſl* prius adhærens *Philippo* Duci Sueviæ, contra eundem hoc anno *Ottoni* tulit auxilium.

**) Comminationes iſtæ ſæculo demum ſubſequente anno 1344. ſuum conſecutæ ſunt effectum, prout alibi dicetur ex actis Conſiſtorij Romani hac ſuper re habiti.

te aliquid agere videremur, eam non ſtatim admittendam, ſed ſuper hijs que circa eam inquirenda fuerunt, mandamus inquiri, ut ſi forſan evidens utilitas & urgens neceſſitas id expoſcat, provideamus Eccleſie Maguntinenſi, dum tamen a ſuo reſipiſcens errore ad mandatum Apoſtolicum humiliter revertatur, ut per hoc non tam aliquid honori ejus ſubtractum, ſed additum videatur. Hec igitur Fraternitati tue duximus intimanda, ut tuam nobis ſignifices voluntatem, ſciturus, quod ſi ſuper hoc duxerimus procedendum, honori tuo ſufficienter dante Domino curabimus providere. Datum *Laterani* XII. Kal. Maji Pontificatus noſtri Anno VII.

20. Apr. 1204.

Ex Regeſto An. VII. litterarum Apoſtolicarum *Innocentii PP. III.* To. 2. ep. 51.

XXXII.

INNOCENTII PP. III. RESPONSORIAE AD REGEM BOHEMORUM, CUM PETIISSET, UT IN BOHEMIA ERIGERETUR METROPOLITANA.

Innocentius &c.

Cariſſimo in Chriſto filio . . Regi Boemorum illuſtri ſalutem &c.

Monet nos tue nobilitatis devotio & fidei ſinceritas exhortatur, ut in quibus cum Deo & ho-

Digitized by Google

neſtate valemus, petitiones tuas benignius admittamus, Cum enim conſilijs noſtris acquieveris hactenus & inpoſterum mandatis Apoſtolicis te exponas, decet, ut Devotioni tue dilectio noſtra reſpondeat & ſedes Apoſtolica te honoret, cum tu ejus honorem ſtudeas efficaciter promovere. Sane per tuos nobis Nuncios ſupplicaſti & Cariſſimus in Chriſto filius noſter . . *Hungarie* Rex illuſtris *) pro te apud Nos ſuppliciter interceſſit, ut in *Boemia* Metropolim conſtruere dignaremur, cum ſpacioſa & populoſa ſit terra & ab Eccleſia Maguntinenſi, cui eſt Metropolitico jure ſubjecta, quam locorum diſtantia, quam linguarum diverſitate diviſa, ut cum per Romanum Imperium obtinere meruerit Regiam Dignitatem, per Romanam Eccleſiam mereatur Dignitatem Metropoliticam obtinere. Licet autem tam te, quam terram tuam velimus, in quibus honeſte poſſumus, honorare, quia tamen arduum eſt negocium & petitio continet novitatem, mirari te noluimus, ſi non protinus preces tuas duximus conſumandas, cum magna deliberatione res egeat, ut quod diſpoſitum fuerit, tanto ſtabilius perſeveret, quanto cum majori fuerit maturitate ſtatutum. ſi quidem oſtendenda nobis eſt prius & urgens neceſſitas & utilitas evidens, que fieri hoc expoſcat, facultas & voluntas Eccleſie, in qua ſedes debet Metropolitica ſtabiliri, & utrum in *Boemia* dioceſes poſſint ſtatui competenter ſtatuende Metropoli ſupponende. Preterea convenienda & commonenda

ſuper

*) *Henricus.*

ſuper hoc eſt Eccleſia Maguntinenſis, ne ſi aliter factum fuerit Venerabilem Fratrem noſtrum *S.* Maguntinenſem Archi-Epiſcopum quem erexi-mus, deicere videamur, ſi ex hoc concitaverimus plus in eum Eccleſie ſue odium & ſcandalum civitatis. Ut reddamur igitur de omnibus certiores, dilectum filium *T.* Subd. & cappellanum noſtrum virum utique litteratum, providum & discretum nobis & fratribus noſtris merito ſue probitatis acceptum, in *Boemiam* deſtinamus, qui ſuper hijs & alijs de quibus viderit inquirendum, inquirat & plene nobis ſuper hijs que contingant negocium ipſum, ſignificet veritatem. Tu quoque non tantum per litteras tuas & populi, ſed per ſollempnes Nuncios tuos & Epiſcopi ac Eccleſie, quos talia petere deceat, peticionem tuam poteris innovare, ut ſuper hijs melius procedere valeamus, prout viderimus expedire. Nos enim promptam gerimus voluntatem in hijs & alijs petitiones tuas, quantum cum Deo poſſumus, exaudire. Tu ergo facias eundem Subdiaconum ſecure ad preſentiam predicti Archi-Epiſcopi Maguntinenſis perduci & preſentari litteras noſtras Capitulo Maguntinenſi, ne ſi aliquid omiſſum fuerit ex hijs, que ipſi inquirenda commiſimus, in negocio ipſo plene procedere non poſſimus. Datum *Laterani* XI. Kal. Maji Pontificatus noſtri Anno VII.

21. Apr. 1204.

Ex Regeſto An. VII. litterarum Apoſtolicarum *Innocentii PP. III.* To. 2. ep. 52.

Digitized by Google

XXXIII.

INNOCENTIUS PP. III. CANONICIS ET MINISTERIALIBUS MAGUNTINIS BOHEMORUM PETITIONEM CIRCA ERIGENDAM NOVAM SEDEM METROPOLITANAM NOTAM FACIT.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Canonicis & Ministerialibus Maguntinensibus spiritum consilij sanioris.

Supplicarunt nobis humiliter & devote Carissimus in Christo filius noster illustris Rex & populus Boemorum, ut cum Archi-Episcopus vester Maguntinensis propter locorum distanciam & diversitatem linguarum minus sufficiat circa eos Metropoliticum officium exercere, Nos qui vice Christi tenemur universis fidelibus providere sollicitudine pastorali tum propter evidentem utilitatem tum etiam propter necessitatem urgentem in *Boemia* cum spacioſa & populoſa sit multum, sedem Metropoliticam statuere dignaremur, per quam non tam honori eorum, quam saluti utiliter consulatur, ut sicut per Romanum Imperium obtinere meruit Regiam dignitatem, ita quoque per Romanam Ecclesiam mereatur dignitatem Metropoliticam obtinere. Licet autem multi de Ecclesia Maguntinensi, si tamen dicendi sint de Ecclesia, qui suis exigentibus culpis precisi sunt ab

Eccle-

Ecclesiastica unitate propter rebellionis excessum & inobedientie vitium, in quo contra Majestatem divinam, Romanam Ecclesiam & Archi-Episcopum suum obstinata mente perdurant, gravi meruerint animadversione puniri, nos tamen, qui correctionem paterno desideramus affectu, memores ejus que filia specialis & honorabile membrum Apostolice sedis existit, non statim petitionem hujusmodi duximus admittendam sed prius inquirere disposuimus, que super hijs fuerint inquirenda, ut si forte petitionem ipsam admittendam esse noverimus, provideamus in ea, sicut expedire viderimus Ecclesie Maguntinensi, dum tamen a suo resipiscens errore se non reddat indignam, alioquin non nobis sed vobis merito poteritis imputare, si forte, qui caput abicitis membrum aliquod amittatis. Verum igitur erit taliter honori nostro deferre ut & nos vestro debeamus deferre honori, providentes vobis in tempore oportuno, ne forte post tempus non providentie sed penitentie vobis locus merito reservetur. Datum *Laterani* XI. Kal. Maij Pontificatus nostri Anno VII.

21. Apr. 1204.

Ex Regesto An. VII. litterarum Apostolicarum *Innocentij PP. III.* To. 2. ep. 53.

XXXIV.

XXXIV.

INNOCENTII PP. III. BREVE AD S. ARCHIEP. MOGUNTINUM, UT INFORMET, CUR CONSECRATIO EPISCOPI ARGENTINENSIS RETARDETUR.

Innocentius &c.

Venerabili Fratri *S.* Maguntinenſi Archi-Epiſcopo ſalutem &c.

Solet ad ſe mora trahere plerumque periculum & que de principio poterant de facili conſumari, longa poſtmodum dilatione ſuſpenſa graves interdum & difficiles exitus habuerunt. Iſtud autem dilectus filius *H.* Argentinenſis electus non modicum reformidans non ſine multo labore ad preſentiam noſtram acceſſit, nobis reverenter inſinuans, quod cum Canonice fuerit de unanimi voluntate cleri & populi in Epiſcopum Argentinenſem electus, communicato fratrum ſuorum & prudentum virorum conſilio ad venerabilem fratrem noſtrum G. Remenſem Archi-Epiſcopum ſancte Romane Eccleſie Cardinalem tunc Epiſcopum Preneſtinum in partibus Teutonie Legationis officium exercentem & ad te pro electionis confirmatione ſpeciales nuntios deſtinavit, qua liberaliter a nobis obtenta, poſtmodum cum idem electus per . . Abbatem de *ſturgelt* & alios cum litteris ejusdem Legati humiliter ac reverenter fecerit

cerit te rogari, ut ei conſecrationis beneficium exhiberes, tu ei per tuas litteras reſpondiſti, quod deliberatione prehabita diem ei & locum congruum aſſignares, ad quem tam tibi, quam ei ſecurus pateret acceſſus, ibique tunc illum in Epiſcopum conſecrares. Electus autem promiſſione tua diutius expectata ſuos ad te Nuntios iterato direxit, qui licet in itinere fuerint ſpoliati, ad te tamen pedites nihilominus pervenerunt, conſecrationem ipſius ſollicite poſtulantes, Tu vero ad inſtantiam tam Electi quam Nuntiorum ipſius diem ei apud *Andernacum* in Dominica qua Cantatur *Oculi mei* in Anno preterito aſſignaſti, promittens te ibi conſecrationis ei beneficium impenſurum, Cumque idem Electus ad locum ipſum die ſtatuto paratus eſſet accedere, litteras tue fraternitatis accepit, in quibus te arduis prepeditum negotijs aſſerebas & ideo non poſſe ad diem aſſignatam accedere, nec termino prefixo pro conſecrationis munere impendendo ſue ſatisfacere voluntati. Proceſſu vero temporis idem Electus gravem ſibi & Eccleſie ſue videns imminere ruinam, ita quod homines regionis illius in eum, Prepoſitos & Abbates & alios clericos manus inicere non timerent, ſumentes ex eo perverſitatis audaciam, quod idem Electus non eſſet paſtorali preditus dignitate, ad ſedem Apoſtolicam Nuntium deſtinavit, poſtulans in hac cauſa ſibi & Argentinenſi Eccleſie, cujus ſtatus tam in ſpiritualibus quam temporalibus incurrebat aſſidue detrimentum, per benignitatem ſedis Apoſtolice provideri, cui

litte-

litteras ad te de benignitate paterna conceſſimus, ut eum in competenti loco & tuto vel in perſonam propriam conſecrares vel faceres per alios conſecrari. Tu vero cum ſuper hoc litteras noſtras receperis & ab ipſo Electo conſecratio ſua cum multa precum & devotionis inſtantia fuerit poſtulata, per dilectum filium . . Abbatem de *Bungart*, quem ad Te propter hoc cum noſtris litteris ſecurum ducatum tibi preſtaret & in ejus conſecratione tanquam unus conſecratorum aſtaret. Cumque idem Electus verbum tuum ſuper hoc devote receperit ab ipſo Archi-Epiſcopo per nuntium diligentiſſime poſtulavit, ut tam petitioni tue quam ſue ſuper hoc preberet aſſenſum, ſed id ab eo non potuit aliquatenus impetrare, unde idem Electus tibi per clericum tuum, qui tunc aderat ſecum preſens & literas intimavit, quod Archi-Epiſcopus ipſe ducatum tibi ſicut petieras, preſtare non poſſet & ipſe paratus erat ad locum ſecurum accedere, quem tu ei propter hoc duceres prefigendum, ſed a te reſponſum aliquod non accepit. Idem igitur Electus a nobis humiliter poſtulavit, ut quod a te ad preſens obtinere non poterat, ei miſericorditer impendere dignaremur, preſertim cum de retardatione conſecrationis ipſius Argentinenſi Eccleſie, clero & populo totius Epiſcopatus multa provenerint & adhuc proveniant detrimenta. Nos autem tue volentes fraternitati deferre, ad conſecrationem ipſius non duximus procedendum, donec de rei ſerie ac voluntate tua per tuas redderemur litteras certiores.

Ideo-

Digitized by Google

Ideoque fraternitati tue per Apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus per litteras meram & simplicem nobis significes veritatem & tuam etiam voluntatem exponas, ut omnibus intellectis super hoc prout expedire noverimus, procedamus, sciturus pro certo, quod si procedendum duxerimus ad consecrationem ipsius, honori tuo & juri sufficienter curabimus providere. Datum VIII. Idus junij Pontificatus nostri Anno octavo.

6. Junij 1205.

Ex Regesto An. VIII. litterarum Apostolicarum *Innoc. PP. III.* To. 4. ep. 90.

XXXV.

COMMISSIO APOSTOLICA SUPER DANDA POSSESSIONE PRAEBENDAE.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Dilectis filijs . . Wirzeburgensi & . . in *Husdorp* Prepositis & . . Decano S. *Marie* in *Herfordia* Magunt. dioc. salutem &c.

Cum dilectus filius Procurator Ven. fratris nostri . . Episcopi Misnensis ex una parte & . . Prepositus Wirchinen. *Bercer*, *Ulricus*, Magister *Nicolaus*, Mag. *Albertus* & *Alb.* Procurator quorumdam Misnensium Canonicorum ex altera ad sedem Apostolicam accessissent, dil. filium *I.* tit. S. Crucis Presbiterum Cardinalem eis concessimus

Audi-

Auditorem, in cujus preſentia cum partes inſimul concertarent, Mag. *Martinus* tanquam Misnenſis Eccleſie Canonicus ſe arbitrio de quo contendebant, propoſuit, aſſerens illud nullius fuiſſe momenti pro eo quod a judicibus a ſede Apoſtolica delegatis in irritum fuerat revocatum & quia in ipſo approbatur ſectio prebendarum, quam reprobat Concilium Turonenſe tum etiam quia cum in arbitros illos a ſe minime fuerit compromiſſum, ipſi in ſuum prejudicium, quod ſcolaſtria ſibi auferri debeat, ſtatuerunt. unde inſtantius poſtulabat arbitrium illud nullum penitus judicari. Ad hec autem pars adverſa reſpondit, quod Magiſter *Martinus* ſe opponere non poterat arbitrio memorato, quia cum non ſit Misnenſis Canonicus, ad ea admitti non debet, ad que ſoli canonici vel alij ipſorum nomine admittuntur, licet enim videmur ſibi Misnenſem Canonicam contuliſſe, quia tamen ſuggerendo falſum & veritatem tacendo nos circumvenire preſumpſit, carere debet penitus impetratis, veritatem quidem tacuit, quia cum eſſet ſacrilegus & duplici excommunicationis ſententia innodatus, hec nobis exprimere non curavit, falſum vero ſuggeſſit, quia cum ſcolaſtriam, de qua ſuſtentari poterat competenter, haberet, ſe nullum habere beneficium Eccleſiaſticum affirmabat. Cum igitur ex premiſſis manifeſtius oſtendatur non eſſe canonicus, nec Canonicorum eum eſſe procuratorem appareat, non eſt ulla tenus contra arbitrum audiendus. Cumque coram Cardinali predicto ſuper hijs fuiſſet

diutius

diutius disputatum & ipse que hinc inde proposita fuerant, nobis fideliter retulisset, nos attendentes, quod ea, que contra prefatum *Martinum* proposita fuerant vel frivola erant vel falsa, ut exclusis ambagibus gratia nostra circa eum plenum sortiatur effectum, prebendam ipsam vacantem ei duximus auctoritate Apostolica concedendam & ipsum de illa manu propria curavimus investire. Quocirca discretioni vestre per Apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus auctoritate nostra suffulti predictum Magistrum faciatis plena & pacifica ipsius prebende possessione gaudere, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, quod si non omnes ijs exequendis interesse potueritis, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Idibus junij Pontificatus nostri Anno octavo.

13. Junij 1205.

Ex Regesto An. VIII. literarum Apostolicarum *Innocentij PP. III.* To. 4. ep. 109.

XXXVI.

INNOCENTII PP. III. BREVE AD SIGFRIDUM ARCHIEP. MOG. DISPONENS CIRCA CONSECRATIONEM EPISCOPI ARGENTINENSIS.

Innocentius &c.

Venerabili Fratri . . Archi-Epiſcopo Maguntinenſi ſalutem &c.

Quantum tibi & Eccleſie tue in negotio dilecti filij . . Argentinenſis Electi duxerimus deferendum preter conſuetudinem Apoſtolice ſedis, que ſuffraganeis quorumlibet Archi-Epiſcoporum ad ſe venientibus conſecrationis beneficium ſine prejudicio tamen illorum impendere conſuevit, tua diſcretio non ignorat. Cum enim prefatus Electus ad preſentiam noſtram acceſſerit & ſibi conſecrationis munus poſtularet impendi, quod a te non poterat, ut dicebat, aliquatenus obtinere, licet ſepius poſtulaſſet, nos tue volentes fraternitati deferre ad conſecrationis ipſius non duximus procedendum, donec de voluntate tua & rei ſerie redderemur per tuas litteras certiores, tibi per noſtras litteras promittentes, quod & ſi procederemus ad conſecrationem ipſius, honori tamen & juri tuo curaremus ſufficientiſſime providere. ſane cum tue Fraternitatis litteras acceperimus, per quas eum conſecrandum ad te remitti petebas,

eum

eum noluimus in Episcopum consecrare, licet idem propter hoc nobis instantissime supplicaret, necessitatem omnimodam allegando. ut igitur eidem Electo & Argentinensi Ecclesiæ, quæ diu mansit quasi viduata pastore per tue amministrationis officium consulatur, fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus infra terminum competentem ad talem locum accedens, qui tibi & ipsi securus existat & ascitis tibi duobus de suffraganeis tuis vel alijs Episcopis, qui secure valeant interesse, quos auctoritate nostra sub testimonio presentium litterarum si commoniti noluerint interesse compellas, ei munus consecrationis exhibeas aut per alios Episcopos vice tua facias exhiberi, qui postquam ei munus consecrationis impenderint, per se vel nuntium tuum professionem ab ipso, quam tibi exhibere tenetur & Ecclesie Maguntinensi tuo nomine recipere non omittant, alloquin, ne quid absit, ex nimia dilatione consecrationis ipsius Argentinensi Ecclesie & Clero & populo totius Episcopatus grave dispendium generetur, noveris nos Venerabili fratri nostro senonensi Archi-Episcopo per Apostolica scripta mandasse, ut eundem Electum postquam de tuo fuerit certificatus defectu, ascitis sibi duobus de suffraganeis suis auctoritate nostra suffultus nullius contradictionis vel appellationis obstaculo non tardet in Episcopum consecrare & ab ipso nomine tuo professionem recipiat, quam suffraganeus Ecclesie Maguntinensis facere consuevit, injungens eidem, ut quam citius accedendi

dendi ad preſentiam tuam habuerit facultatem, ad te perſonaliter venire non tardet, ut tibi debitam profeſſionem, quam coram illo fecerit, recognoſcat. Datum VIII. Idus Octobris Pontificatus noſtri Anno octavo.

8. Oct. 1205.

Scriptum eſt ſuper hoc . . ſenonenſi Archi-Epiſcopo.

Ex Regeſto An. VIII. litterarum Apoſtolicarum *Innocentij PP. III.* To. 4. ep. 138.

XXXVII.

INNOCENTII PP. BREVE AD CAPITULUM CONSTANTIENSE CIRCA CONFIRMATIONEM NEO-ELECTI EPISCOPI CONSTANTIENSIS.

Innocentius &c.

Dilectis filiis . . Prepoſito . . Decano & Capitulo Conſtantienſi ſalutem &c.

Inſinuatione veſtrarum accepimus litterarum, quod bone memorie *D.* *) Epiſcopo Veſtro nuper ſublato de medio, vos de ſubſtitutione Pontificis tractaturi conveniſtis in unum & invocata ſpiritus ſancti

*) *Diethelmo* nobili de *Cleggoia*, alijs Barone a *Weiſſenburg* Domino in *Krenckingen* Abbate monaſterij *Augiæ Majoris*, qui felici fine vitam terminavit Anno Domini MCCVI. pridie Idus Aprilis.

ſancti gratia dilectum filium *W.* *) *de Stoufen* concanonicum veſtrum, qui ab adoleſcentia ſua fuerat vobiſcum laudabiliter converſatus, elegiſtis vobis unanimiter in paſtorem. Verum quia propter metum Principis cujus incurſibus eſt Eccleſia Conſtantienſis expoſita, confirmationem electionis ejusdem auſi non eſtis a venerabili fratre noſtro *S.* Maguntinenſi Archi-Epiſcopo poſtulare, ne propter confirmationis dilationem Eccleſia veſtra in ſpiritualibus & temporalibus incurrere valeat detrimentum, nobis humiliter ſupplicaſtis, ut conſiderata malitia temporis electionem ipſam auctoritate Apoſtolica confirmare ac dicto Electo amminiſtrationem tam ſpiritualium quam temporalium committere dignaremur. Nos igitur neceſſitatem Conſtantienſis Eccleſie attendentes & eidem volentes paterna ſollicitudine providere, amminiſtrationem tam ſpiritualium quam temporalium eidem *W.* duximus committendam, in qua idem ſe talem ſtudeat exhibere, quod a Metropolitano ſuo confirmationis gratiam & conſecrationis munus **) conſequi mereatur tempore oportuno.

*) *Wernherus* Baro *de Stauffen.* vid. *Chronicon Conſtantienſe apud Piſtorium S. R. G. Tom. III. pag. 669.*

**) Omnibus notum eſt & ex hoc Brevi denuo manifeſtum fit, quod Confirmatio & Conſecratio Suffraganeorum Epiſcoporum ad Metropolitanos olim pertinuerit. Confirmatio Epiſcoporum Summo Pontifici per Concordata Aſchaffenburgenſia it reſer-

Datum *Laterani* 2do Kal. Octob. Pontificatus noſtri Anno Nono.

30 Sept. 1206.

Ex Regeſto An. VIIII. litterarum Apoſtolicarum *Innocentij PP. III.* To. 4. ep. 162.

XXXVIII.

LITTERAE FRIDERICI II. ROM. REGIS AD INNOCENTIUM PP. III, QUEIS PROMITTIT SE NON IMPEDITURUM LIBERAS PRAELATORUM ELECTIONES, APPELLATIONES AD CURIAM &c.

Fridericus ſecundus Divina favente clementia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, & Rex *Siciliæ.*

Regnum noſtrum tunc ſtabiliri confidimus, cum altiſſimum de cujus manu ea quæ poſſidemus bona, recepimus, honoramus. Tanto enim Domino, qui bona tribuit nobis, ad offerendas hoſtias operis & devotionis aſtringimur, quanto ipſum miſericordem in nobis & mirabilem experimur, cognoſcentes igitur gratiam, quæ data eſt nobis ab ipſo, habentes quoque præ oculis immenſa & innumera beneficia veſtra, Kariſſime Domine,

reſervata non item Conſecratio eorundem, quæ potius de jure competit Metropolitanis. Confer. Acceptatio Decretorum Concilij Baſileenſis & Concordata Principum de an. 1446. in *Subſidijs Diplom. Tom. VII. VIII. & IX.*

Domine, & Reverentiſſime Pater protector & benefactor noſter, Domine *Innocenti*, Dei gratia, ſumme Pontifex venerande, per cujus beneficium, operam, & tutelam aliti ſumus, protecti pariter & promoti, poſtquam in ſollicitudinem veſtram mater noſtra, felicis memoriæ *Conſtantia* Imperatrix, & Regina *Siciliæ*, ex ipſo quaſi vtero Nos jactavit, *) Vobis, beatiſſime Pater, ex omnibus Catholicis ſucceſſoribus veſtris, Sanctiſſimæque Romanæ Eccleſiæ ſpeciali matri noſtræ, omnem obedientiam, honorificentiam atque reverentiam, ſemper humili corde ac devoto ſpiritu impendemus, quam prædeceſſores noſtri Reges & Imperatores Catholici veſtris anteceſſoribus impendiſſe noſcuntur. Nihil inde volentes diminui ſed magis augeri, ut noſtra devotio magis enitescat. illum volentes igitur abolere abuſum, quem interdum quidam prædeceſſorum noſtrorum exercuiſſe dignoſcuntur, & dicuntur in electionibus Prælatorum, concedimus & ordinamus, ut electiones Prælatorum libere & Canonice fiant, quatenus illi præficiantur Eccleſiæ viduatæ, quæ totum Capitulum, vel major, & ſanior pars ipſius duxerit eligendum, dummodo nihil deſit ei de Canonicis inſtitutis; Appellationes autem in negotijs

*) Imperatrix *Conſtantia* An. 1198. vigeſima ſeptima Novembris diem ſuum obijt, ſcriptoque teſtamento Romanum Pontificem *Innocentium III.* regni *Siciliæ* moderatorem & *Friderici* tutorem deſignavit &c. vid. *Raynaldi Annal. Eccleſ. ad h. a. nro.* 70.

& cauſis Eccleſiaſticis, ad ſedem Apoſtolicam libere fiant; illum quoque abuſum quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum aut Eccleſiarum vacantium, noſtri conſueverant anteceſſores committere, omnia vere ſpiritualia vobis, & alijs Eccleſiarum Prælatis relinquimus libere diſponenda, ut quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, recta diſtributione reddantur; poſſeſſiones etiam quas Eccleſia Romana recuperavit ab anteceſſoribus noſtris ſeu quibuslibet alijs detentas, liberas & quietas ſibi dimittimus, quas vero non recuperavit ad recuperandas erimus adjutores; ad has pertinet tota terra, *) quæ eſt *a Radicofano* usque *Ceperanum*, *Marchia Anconitana*, *Ducatus Spoletanus*, *Terra Comitiſſæ Machtildis*, *Comitatus Brettinoni*, *Exarchatus Ravennæ*, *Pentapolis* cum alijs terris expreſſis in multis privilegijs Imperatorum & Regum a tempore *Ludovici*, ut eas habeat Romana Eccleſia in perpetuum cum omni jurisdictione, diſtrictu, & honore ſuo, veruntamen cum ad recuperandam coronam Imperij, vel pro neceſſitatibus Eccleſiæ ab Apoſtolica ſede vocati venerimus, de mandato ſummi Pontificis recipiemus procurationes ſive fodrum **) ab illis. Adjutores etiam erimus ad retinendum & defendendum Eccleſiæ Romanæ Regnum *Siciliæ*, ac cætera jura, quæ ad eam pertinere dignoſcuntur tanquam devotus filius, & Catholicus Princeps. Vt autem hæc omnia memorato

*) Ditio Romanæ Eccleſiæ.

**) *Annona militaris*, fodrum.

rato Sanctiſſimo Patri & Domino *Innocentio*, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, ejusque ſucceſſoribus per Nos & noſtros ſucceſſores Romanos Reges & Imperatores obſerventur, firmaque & inconvulſa ſemper permaneant, præſens privilegium conſcriptum Majeſtatis noſtræ aurea Bulla juſſimus communiri.

Teſtes autem hi ſunt:

Siffridus Maguntinenſis ſedis Archiepiſcopus; Apoſtolicæ ſedis Legatus.

Eberhardus Salzburgenſis Archiepiſcopus.
Chuonradus Ratisponenſis Epiſcopus.
Otto Wirceburgenſis Epiſcopus.
Manegoldus, Patavienſis Epiſcopus.
Engelhardus Zizenſis Epiſcopus.
Odacrius Boemorum Rex.
Ludowicus Dux *Bavariæ*.
Leupoldus Dux *Auſtriæ & Styriæ*.
Hermannus Lantgravius *Thuringiæ*.
Comes *Albertus de Everſtein*.
Comes *Adolfus de Scowenberg*.
Comes *Richardus de Manesveld*.
Comes *Gerardus de Dietz*.
Comes *Ludowicus de Wirtenberc*.
Henricus de Stakelberc.
Waltherus de Langenberg.
Heinricus de Cholandrino Marſchalcus Imperij.
Waltherus Pincerna, & alij quam plures.

Signum Domini *Friderici* ſecundi Romanorum Regis Invictiſſimi & Regis *Siciliæ*.

Ego *Chonradus*, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia, Metenſis & Spirenſis Epiſcopus, vice Domini *Syffridi* Maguntinenſis Archiepiſcopi, Apoſtolicæ ſedis Legati, ac totius germaniæ Archicancellarij recognovi.

Acta ſunt hæc Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti MCCXIII. Indictione I. Regnante Domino *Friderico* Romanorum Rege glorioſo, & Rege *Siciliæ* Anno Regni ejus Romani I. Regni vero ejus *Siciliæ* XVI. Data apud *Egram* IIII. Idus Julij.

12. Julij.

Ex Cod. MS. Bibliothecæ Eminent. *Card. Otthoboni.*

XXXIX.

STATUTA
COLLEGIATAE ECCLESIAE
AD S. ANDREAM
COLONIAE
ANTIQUA ET NOVA,
USQUE AD AN. MDXLIX.

In Nomine Domini noſtri *Jeſu Chriſti* ad omnes actus noſtros progredientes Nos Decanus & Capitulum Eccleſiæ *S. Andreæ* Colonienſis (*a*) Anno

(*a*) Eccleſia Collegiata *S. Andreæ* a *Theoderico* Archiepiſcopo Colonienſi vocatur inter eccleſias Colonienſes notabiliter eminens & inſignis, vid. *Subſid.*

Digitized by Google

Anno menſe, & die infra ſcriptis capitulariter & ſolenniter ob infra ſcripta peragendum, ſingulariter & ſpecialiter vocati in domo noſtra Capitulari Capitulo ad hoc Specialiter indicto comparentes mente revolvimus vitium naturale eſſe, negligi quod communiter poſſidetur, ut quis ſe habere nihil, qui non totum habeat, arbitretur, per hæc & alia facultates Eccleſiæ noſtræ & in primis decorem & ornatum cultus divini retroactis temporibus in parte periiſſe, ac ſæpe numero inter nos propter conſuetudines & obſervantias Eccleſiæ noſtræ diſſenſiones multas fuiſſe & eſſe exortas & indies alias oriri poſſe formidantes. Volentes igitur præmiſſis obviare & oportuna remedia, ne in futurum ſimilia aut alia in Eccleſia noſtra contingant, ſed cultus divinus augmentetur, facultates

ſid. Diplom. Tom. IV. p. 157. Notat *Gelenius de Colon. Agrippin. magnitudine p.* 290. quod olim Eccleſia *B. Mathæi* in foſſa veteris urbis fuerit nuncupata; ex quo autem a *Williberto* (ſeculo IX.) auguſtius & plane ad modum ſummæ aedis Osnabrugenſis eſt exſtructa, nomen *S. Andreæ* gerat. Dedicavit eam *Gero* Archipræſul teſte vetuſtiſſima hac epigraphe:

Anno Dominicæ Incarnat. DCCCCLXXIV. indictione ſecunda, quinto nonas Maji dedicata eſt hæc Domus Domini a *Gerone* Reverendiſſimo Archi-Epiſcopo in honorem *S. Andreæ* Apoſtoli & omnium Apoſtolorum *Chriſti &c.*

Claret opus Domini quod vovit Condere *Bruno*
Andreæ meritis hunc jeſu ſuſcipe coelis
Te *Johanne* petit, purum qui vivere novit
Præſul in hoc Sancto poſitus per plurima *Gero.*

tates Ecclesiæ conserventur, Concordia (per quam parvæ res crescunt) foveatur & dissensiones res magnas labefacientes tollantur adhibere consuetudines & observantias hujusmodi, & alia Ecclesiæ nostræ & nobis utilia necessaria pariter & honesta mature perpendentes in scriptis (ne quisquam deinceps de his hæsitare possit) redigentes, & singulis ordinem, sine quo nulla res publica, quantumvis magna diu vigere potest, dare cupientes certas desuper ordinationes & statuta subscripta fecimus & edidimus.

Qualis esse debeat se ad possessionem præposituræ, Decanatus, Canonicatus, & præbendæ in Ecclesia nostra respective admitti petens.

Dignitates & honores in republica sæculari ex coitu damnato procreatis, aut jugo servitutis subditis denegantur multo magis id in Ecclesia Dei, ubi major Decor requirendus est, observari convenit, quod & prædecessores nostri attendentes desuper quoddam statutum ediderunt per *D. Julianum* tituli Sanctæ *Sabinæ* Cardinalem præsbyterum in Germania Legatum de latere atque p. m. D. *Theodoricum* Archi-Episcopum Colonienſem Ordinarium loci ordinaria Authoritate ac postremo Sacrosanctam synodum Basileensem confirmatum & approbatum his nostris statutis & ordinationibus inferi fecimus. Quorum omnium tenor & primo statuti sequitur & est talis.

Nos

Nos Decanus & Capitulum Eccleſiæ *S. Andreæ* Colonienſis cupientes cura pervigili &c. (*b*) Nos igitur Decanus & Capitulum ſtatuimus & ordinamus quod nemo deinceps ad alicujus dignitatis, præbendæ, Vicariæ, officii perpetui aut temporalis adminiſtrationem admitti debet, niſi nobis prius juramentum per nos ad hoc ordinatum, eum concernens, præſtiterit.

Juramentum Domini Præpoſiti.

Ego N. præpoſitus Eccleſiæ Sancti *Andreæ* Colonienſis promitto & juro, quod ab hac hora in antea fidelis ero & eſſe volo Sanctiſſimo Domino Papæ ac Reverendiſſimo Domino noſtro Archi-Epiſcopo Colonienſi ac Conſuetudines & obſervantias & ſtatuta ejusdem Eccleſiæ quantum me concernunt, nec non ſeparationem bonorum jurium & redituum inter meos prædeceſſores Decanum & Capitulum dictæ Eccleſiæ factam (*c*) tenebo & obſer-

(*b*) Ordinationem iſtam ſuppeditat *Subſid. Diplom. Tom. IV. p.* 151. Confirmationem a *Juliano* Legato S. Sedis conceſſam. p. 154. Confirmationem per *Theodoricum* Archiep. p. 157. per Concilium Baſileenſe factam. pag. 158.

(*c*) *Synodus Aquisgranenſis de an.* 816. *cap.* 139. Quamvis, ait, omnes qui præſunt, Præpoſiti rite dicantur, uſus tamen obtinuit, eos vocari præpoſitos, qui quandam Prioratus curam ſub alijs prælatis gerunt. Hi tamen, qui juxta hunc morem Præpoſiti vocantur, tales & tam ſtrenui ſunt conſtituendi, qui & vitæ probabilis ſint & ea

obſervabo ac fidelis defenſor & indefeſſus auditor ad defendendum & retinendum jura & bona dictæ Eccleſiæ ero & alienata pro poſſe & noſſe recuperabo & in his laboribus & expenſis non parcam nec in quemquam in dicta Eccleſia beneficiatum aut inſcriptum ſeu alias de illius gremio exiſtentem per me aut alium directe aut indirecte eum capiendo aut injuriis afficiendo ſæviam, nec eisdem aut Eccleſiæ meæ prædictæ rapinis incendiis aut quovis alio modo damna inferam nec ſi ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis aut aliquo illorum ſeu aliis quibuscunque juribus Eccleſiam vel me cernentibus aliqua in futurum, quod abſit, diſſenſio

ea quæ ſibi injuncta ſunt, fideliter humiliterque expleant & pro eo quod alijs prælati ſunt, nequaquam parvi pendeant canonica inſtituta; ſed quanto plus implicantur in fratrum curis, tanto magis ſtudeant cœleſtibus obtemperare monitis. Debent igitur cunctæ congregationi eſſe utiles & de miniſterio commiſſo fideliter prodeſſe. Ea vero quæ fratribus dare debent, cum charitate tempore oportuno incunctanter præbeant, quatenus a Domino de fideli adminiſtratione gradum bonum acquirant . . .

Præpoſiti durante vita communi adminiſtrationem omnium bonorum totius collegij gerebant, eaque diſſoluta aliquantiſper continuabant, donec adminiſtratio in diſſipationem aut avaram diſpenſationum tranſierit &c. Inde facta eſt bonorum divilio & parte eorundem conceſſa Præpoſitis, adminiſtratio reliquorum permanſit penes Decanum & Capitulum. Hinc præpoſitis plerumque nil niſi ſolum nomen ſupereſt.

Digitized by Google

ſio orta fuerit ſeu oriri poſſet ſuper hujusmodi diſſenſionis deciſione & luctamine Capitulo aut ejus majoris & ſanioris partis ſtabo, acquieſcam & parebo. Sic me Deus adjuvet & hæc ſancta ejus Evangelia per me ob id corporaliter & reverenter tacta.

Juramentum D. Decani.

Ego N. Decanus Eccleſiæ Sancti *Andreæ* Colonienſis promitto & juro quod ab hac hora in antea fidelis & obediens ero & eſſe volo Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino Domino Archi-Epiſcopo Colonienſi, ejusque ſucceſſoribus canonice intrantibus ac fidelis Eccleſiæ & Capitulo Sancti *Andreæ* Colonienſi ero, & ſeparationem ſeu diviſionem bonorum jurium & redituum inter præpoſitum ex una ac Decanum & Capitulum dictæ meæ Eccleſiæ ex altera partibus olim factam, (*d*) pari modo res, bona, jura, libertates Eccleſiæ meæ conſervabo, deperdita quoque pro poſſe & noſſe recuperabo, nec non ſtatuta, conſuetudines & obſervantias laudabiles Eccleſiæ & Capituli prædictorum ac ordinationes capitulares pro divini cultus augmentatione & morum honeſtate Eccleſiæque & perſonarum ejus conſervanda indemnitate factas & conditas obſervabo ſecreta quoque Capituli mei nulli pandam, neque in ullam perſonam quacunque dignitate, ſtatu, gradu, vel conditione decoratam in dicta mea Eccleſia beneficiatam, inſcriptam, ſeu intitulatam, ſeu alias

(*d*) Vide nota c.

alias de illius gremio exiſtentem ſæviam, neque illam damnis & injuriis violentiis diffidationibus, contumeliis, ſeu conviciis, capiendo illam aut aliis modis via facti per me vel alios publice vel occulte, directe vel indirecte ſeu quovis alio quæſito colore afficiam ac apud dictam Eccleſiam meam infra imunitatem ejusdem Eccleſiæ perſonaliter reſidentiam faciam & continuo in eadem domicilium & larem proprium cum honeſta familia fovebo, ac pro Eccleſiæ meæ & honore meo continuo capellanum idoneum Legere & Canere ſcientem in Eccleſia mea non beneficiatum tenebo & habebo pari modo in ſummis & alijs feſtis quæ feſta Decanalia appellantur officium divinum in utrisque Veſperis & aliis horis conſuetis per me ipſum aut Canonicum ejusdem Eccleſiæ peragam & horas inchoabo, & ad convocationes cleri cum ſcholaſtico ibo ac me perſonaliter non reſidente omnes & ſinguli fructus Decanatus Eccleſiæ cedent, quæ etiam, hujus modi mea durante abſentia, onera Decanatui incumbentia facere tenebitur & cum me Capitulum diſciplinæ (*e*) cum Cano-

(*e*) Regula Canonicorum *in Synodo Aquisgranenſi* ſtatuta & per omnem *Germaniam* tunc recepta *c.* 123. præcipit: Ut Canonici quotidie ad collationem veniant, ubi & hanc inſtitutionem & aliarum ſanctarum ſcripturarum lectiones perlegant & pro admiſſis veniam poſtulent & ſententiam pro qualitate admiſſi ſuſcipiant, ubi etiam de communi profectu & utilitate eccleſiæ pertractent. Hæc diſciplina cum vita communi exo-

levit

Canonicis & Vicariis indicere & ſervare contigerit charitative omni rancore, odio & invidia penitus ſublatis contra delinquentes charitative oleo lenitatis Juſtitia mixto procedam præmiſſa omnia & ſingula & quodlibet illorum promitto & juro inviolabiliter tenere & obſervare, neque illis in toto aut in parte quovis modo contraveniam nec contra illa abſolutionem, relaxationem diſpenſationem aut indultum quodcunque aliud a S. Sede Apoſtolica vel illius legatis vel quovis alio ſuperiore, nunquam per me aut alium petam aut impetrabo nec relaxatione vel indulto quocunque adverſus hujusmodi juramentum meum præſtitum etiam motu proprio vel ex certa ſcientia aut ex plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis ſub queiscunque modis & formis excogitabilibus aut clauſulis derogá-

levit & in ejus locum ſucceſſerunt conventus, qui vocantur capitula diſciplinæ, quæ cum exacte obſervata non fuiſſent; *Synodus Colonienſis an.* 1536. ſtatuit = Id capitulum ita fiet, ſi non tam profanæ, quam res ſacræ in his tractentur; ſi de moribus inquiratur, ſi vita expendatur ſingulorum & quod olim ſancti patres feciſſe dignoſcuntur, extemporali oratione commoneantur fratres & in primis ad ſacras litteras capeſſendas inſtigentur atque ut in his optimas horas collocent, incitentur, quod hic reperiatur fons vitæ ſcaturiens, ex quo qui haurit, non ſitit in æternum; hic theſaurus Evangelicus, propter quem oportet vendere univerſa, reconditus ſit, ex quo prudens ille Pater familias profert nova & vetera.

rogatoriis derogatoriarum michi conceſſis aut inpoſterum concedendis utar, neque uti debeo volo aut intendo. Sic me Deus adjuvet & hæc Sacro Sancta Dei Evangelia per me ob id manibus propriis reverenter tacta.

Juramentum D. Scholaſtici.

Ego N. Scholaſticus Eccleſiæ S. *Andreæ* Colon. promitto & juro quod ab hac hora in antea fidelis & obediens ero & eſſe volo Domino noſtro Reverendiſſimo Eccleſiæ Colonienſis Archiepiſcopo ac Decano & Capitulo Eccleſiæ S. *Andreæ* Colonienſis prout Scholaſticus dictæ Eccleſiæ ad hoc de obſervantia aut diſpoſitione juris (*f*) ſeu ordinatione ſtatutorum obligatur & conſtringitur juraque dictæ ſcholaſtriæ meæ inventa conſervabo & deperdita pro noſſe & poſſe recuperabo, nec non in eadem Eccleſia perſonalem reſidentiam ſicut onus dictæ ſcholaſtriæ de conſuetudine antiqua requirit, faciam & me non reſidente fructus & reditus illius

(*f*) A primæva Collegiorum inſtitutione deputabatur unus e probatiſſimis ſenioribus, qui Scholæ præeſſet, in qua adoleſcentes (hos Domicellares hodie vocamus) ad vitam clericalem formarentur. *Regula Canonicorum* ſuperius memorata *cap.* 135. ait: Frater, cui hæc cura committitur, ſi eorum curam parvi penderit & aliud quam oportet, aut eis in aliquo læſionis maculam ingeſſerit, Severiſſime correptus ab officio amoveatur & fratri alij id committatur, qui eos & innocentis vitæ exemplis informet & ad opus bonum peragendum excitet.

Digitized by Google

illius Capitulo cedent quod & onus illi incumbens faciet nec contra & adversus prædicta juramenti mei præstationem, absolutionem relaxationem, dispensationem aut aliud indultum quodcunque a sede Apostolica seu eius legato aut alio quocunque superiore impetrabo neque aliquo indulto contra hæc motu proprio aut ex certa scientia vel ex plenitudine potestatis apostolicæ mihi concesso aut in futurum concedendo utar, neque uti volo aut intendo atque secreta capituli mei nulli pandam ac in nullam personam in dicta Ecclesia mea beneficiatam inscriptam seu intitulatam aut de illius gremio existentem, cujuscunque status gradus ordinis vel conditionis sit, seviam neque eam in rebus persona, bonis, injuriis, damnis, molestiis vel conviciis per me vel alium publice aut occulte seu alio quovis modo afficiam, sic me Deus adjuvet & Sancta eius Evangelia.

Juramentum Cantoris.

Ego N. Cantor Ecclesiæ S. *Andreæ* Colonienſis promitto & juro quod ab hac hora in antea ero & esse volo obediens & fidelis Reverendissimo Domino Archiepiscopo Colonienſi ac Decano & Capitulo Ecclesiæ S. *Andreæ* prout cantor de jure vel consuetudine aut ex statutis ad hoc tenetur nec non omnia onera mihi ratione dictæ Cantoriæ incumbentia fideliter faciam & adimplebo (g) &

(g) Officium Cantoris est, choro canentium ita præesse ut ibidem Canonicos reliquosque Choro adscriptos

perſonaliter reſidebo, & me non reſidente fructus & reditus meæ cantoriæ capitulo cedent quod & tunc unum ex ſe, qui dicto officio expenſis capituli præſit, deputabit nec ſuper his aut aliquo illorum unquam ab aliquo ſuperiore relaxationem, abſolutionem aut dispenſationem impetrabo nec eis etiamſi mihi motu proprio aut ex certa ſcientia conceſſæ fuerint aut in poſterum concedantur, utar, nec Eccleſiæ aut alicui de gremio eccleſiæ exiſtenti in perſonis rebus & bonis damnum, injuriam, ſeu convicium quovis modo inferam ſic me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Evangelia.

Juramentum Cellarii.

Ego N. Cellarius Eccleſiæ S. *Andreæ* Colonienſis juro & promitto quod ex nunc & in antea fidelis & obediens eſſe volo & ero dominis meis Decano & Capitulo dictæ eccleſiæ ac fructus reditus canones, penſiones, & obventiones dictum meum officium

ſcriptos ad divina dirigat officia canendi; quod divinæ laudis in communi choro decantandum eſt, per eum præordinetur & ſollicite pſallendi ordinem ac orandi modum committat, ſilentiumque indicat, riſus cohibeat & colloquia, ac curet, ne quis in pſallendo nimium feſtinet vel tardet, nec verſus alter ante alterius finem incipiatur. Uno verbo, Cantoris oneri incumbit, ut divina officia graviter & ordinate Altiſſimo perſolvantur, ut juxta Apoſtolum omnia ſecundum ordinem fiant in Eccleſia. ita paſſim *ſtatuta Eccleſiarum.* Confer. *Barboſa de Canonicis c. 9. Fermoſinus in commentario ad Tit. de Offic. Primicerii quæſt. 1. num. 19.*

officium concernentes diligentia & labore exactis emonebo extorquebo, recipiam, & sublevabo in die *Blasii* (*b*) anno officiationis meæ elapso de acceptis & expositis computum & rationem justos & legales reddam atque omnes res, bona, jura jurisdictionem & libertates dictæ Ecclesiæ meum officium saltem tangentes & per me inventas pro posse & nosse meis expensis tamen Capituli in esse conservabo, atque deperdita recuperabo sic me Deus adjuvet & hæc Sancta ejus Evangelia.

Juramentum Præsentiarii.

Ego N. Præsentiarius Ecclesiæ S. *Andreæ* Colonienſis juro & promitto quod ex nunc & in antea dominis Decano & Capitulo dictæ Ecclesiæ fidelis & obediens ero & esse volo ac fructus, reditus proventus & obventiones dictæ Ecclesiæ ad officium meum deputatos & Spectantes diligentia & labore exactis emonebo extorquebo recipiam & sublevabo, ac præsentias debite illas deservientibus aut in negotio capituli occupatis seu missis seu infra emunitatem seu extra eam in domibus tamen capitularibus vera & non ficta infirmitate Laborantibus distribuam & singulis annis infra mensem post *Remigii* (*i*) computum & rationem de receptis & expositis justos & legales capitulo reddam, nisi capitulum mihi petenti ex causa rationabili tempus longius indulserit atque omnes res,

 bona,

(*h*) Tertia Februarij.

(*i*) *S. Remigij* festum 1. Octobris.

bona, jura, jurisdictiones, libertates dictae Ecclesiae officium meum tangentia per me inventa pro meis posse & nosse expensis tamen capituli conservabo & deperdita recuperabo &c.

Juramentum Magistri Fabricae.

Ego N. Fabricae Magister Ecclesiae S. *Andreae* Colonienſis juro & promitto quod ex nunc & in antea ero fidelis & obediens dominis meis Decano & Capitulo dictae Ecclesiae, ac omnes & singulos fructus, proventus, & obventiones fabricae debitos & undique provenientes recipiam & exigam & illos fideliter in usum fabricae convertam ac illam toto conamine promotam habebo ac templum Dei & illius aedificia mihi ratione dicti officii quoad illorum reparationem & augmentationem demandata debite respiciam ac quantum in me fuerit expensis Capituli recuperabo & augmentabo, ac calices & ornamenta Vicariorum absentium (quorum fructus fabricae cedunt) inspiciam atque diligentiam ut missae in dictorum Vicariorum absentium altaribus ex consuetudine aut donatione fieri solitae peragantur, adhibebo, & singulis annis infra mensem festum S. *Remigii* proxime sequentem de receptis & expositis computum & rationem reddam Legales sic me Deus adjuvet & haec Sancta ejus Evangelia.

Juramentum Organistae.

Organum novum & insigne gravibus Sumptibus & expensis nostris in Ecclesia nostra erigi & constrŭi

construi fecimus, idoneum in arte psallendi seu ludendi in illo expertum habere & recipere decrevimus, nec talem pro Salario antiquitus organistae dari solito, quod exiguum difficulter formidabamus inveniremus, ob id vicariam ad altare *SS. Dyonisii & Eustachii* martyrum in Ecclesia nostra atque ad collationem nostram pleno jure Spectantem de expresso Domini *Bernhardi Sutthoff* illius rectoris & possessoris consensu, organo praedicto perpetuis temporibus authoritate apostolica uniri ac incorporari & illius titulum extingui fecimus, ut liceat nobis semper ac omni tempore unum ad dictum organum pro arbitrio & nutu nostro semper revocandum deputare & de illo destituere, verum cum equum sit ut servitor se erga Dominum suum suo servitio, signanter durante fidelem & obedientem ostendat & exhibeat, & suo officio incumbentia rite exequatur Hinc sumpta occasione statuimus & ordinamus quod organista per nos futuris & perpetuis temporibus assumendus & deputandus juramentum subscriptum praestare debeat.

Ego N. pro exercitio in organo psallendi per venerabiles Dominos meos Decanum & Capitulum Ecclesiæ S. *Andreae* Colonienſis organista deputatus & assumptus & ad omnem eorum nutum ab eodem officio & illi adhaerentibus revocabilis juro & promitto quod dictis Domino Decano & Capitulo fidelis & obediens esse ac dicto officio cum maturitate debita & sincera providentia, sine organi & praedictorum Dominorum meorum lae-

sione & interitu praeesse & illud exercere, ac singula eidem officio incumbentia honeste facere & adimplere debeam sic me Deus adjuvet & haec sancta Evangelia.

Juramentum Canonici exercitio curae S. Petri Bacharacensis perpetuo ecclesiae S. Andreae Colonienſi unitae praefecti & ad nutum amovibilis.

Item juramentum Capellanorum & vicariorum Ecclesiae Bacharacensis.

Item juramentum capellanorum curatorum in Dietbach & Mannbach *) *ad collationem Decani & Capituli Ecclesiae S. Andreae Colonienſis pleno jure Spectantium.*

Item juramentum Vicariorum ibidem ob neceſſariam alienationem ejusdem Ecclesiae Bacharach *una cum ejusdem juribus, Decimis &c.*

Juramentum rectorum aliarum parochialium ecclesiarum ad collationem & praesentationem seu quamvis aliam dispositionem praepositi Decani, Capituli, Scholastici Thesaurarii & aliorum officiatorum Ecclesiae S. Andreae conjunctim vel divisim Spectantium.

Ego N. pastor parochialis in NN. juro & promitto quod ex nunc & in antea Venerabilissimo & egregiis circumspectis Dominis & Superioribus meis Decano & Capitulo Ecclesiae S. *Andreae* Colonienſis & eorum successoribus fidelis & obediens ero

*) Infra *Bingam* haud procul a *Superiori Heimbach.*

ero & esse volo & illorum praeceptis & mandatis parebo ac reliquias, ornamenta, reditus & bona dictae Ecclesiae meae inventa pro posse & nosse meis conservabo ac deperdita recuperabo ac in dicta Ecclesia mea personalem residentiam faciam nisi de licentia Dominorum meorum praedictorum ad tempus ab hujusmodi residentia relevatus fuero nec eandem Ecclesiam sine expresso consensu dictorum Dominorum resignabo aut permutabo, ac portione si quamvis in dicta Ecclesia praedecessoribus a saepe dictis Dominis Decano & Capitulo pro competentia forsan assignata fuerit contentus ero & esse volo. Nec ullo unquam tempore per me aut alium quemcunque occulte vel manifeste directe vel indirecte seu quovis alio quaesito colore aut ingenio quidquid ultra hujusmodi portionem ratione competentiae meis praedecessoribus datam aut aliud quodcunque praedium inconsuetum a dictis Dominis meis ratione dictae Ecclesiae aut illius regiminis petam seu exigam sed eorundem Dominorum honorem commodum utilitatem & statum fideliter omni fraude semota procurabo, nec contra praemissa aut aliquid illorum directe vel indirecte per me ipsum aut aliam personam veniam aut faciam neque contra ea dispositionem impetrabo neque ulla etiamsi motu proprio mihi concessum fuerit, ullo unquam tempore utar, neque uti volo; sic me Deus adjuvet & haec Sancta ejus Evangelia.

Digitized by Google

Juramentum Rectoris Scholarium.

Ego N. Rector Scholarium Ecclesiae S. *Andreae* Colonienſis juro & promitto quod venerabilibus Dominis meis Decano & Capitulo & Scholaſtico (*k*) eccleſiae praedictae fidelis & obediens ero & eſſe volo atque juvenes tam in moribus & virtutibus quam artibus eorum aetati convenientibus diligenter & Catholice inſtruam & docebo, ac exacte attendam ut in Eccleſia moribus compoſitis ſtent & canant, ac per plateas honeſte vadant atque excedentes pro modo culpae (virgis non parcendo) corrigam, ac horis conſuetis exercitium Juvenibus faciam & obſervabo nec ullas inutiliter labi ſinam horas, ac omnia alia onera in Choro & extra illum mihi ratione dicti mei officii incumbentia faciam & adimplebo. Sic me Deus adjuvet & haec ſancta ejus Evangelia.

Juramentum Campanariorum.

Ego N. Campanarius Eccleſiae S. *Andreae* Colonienſis juro & promitto quod ex nunc & in antea fidelis & obediens ero & eſſe volo venerabilibus egregiis & circumſpectis Dominis meis Decano & Capitulo ac cellario ejusdem Eccleſiae ſollicite providebo quod luminaria & Lampades ipſius Eccleſiae debitis temporibus incendantur & ardeant ac campanas ordine debito pulſabo & juxta eccle-

ſiae

(*k*) Ab eo tempore, quo Scholaſtici officium ſuum coeperunt intermittere, ſubſtituti ſunt hi rectores Scholarum a Scholaſticis plerumque ſalario congruo ſuſtentandi.

Digitized by Google

siae consuetudinem pulsari procurabo, vasa & ornamenta mihi commissa pro posse meo conservabo, atque pro eorundem conservatione ne perdantur fideliter & continuo pro septimana mea in Ecclesia dormiam & juxta illam ita residebo, ut vocationem mihi per campanam factam faciliter audire potero atque statuta & omnia alia & singula onera mea & officium meum concernentia fideliter conservabo, faciam & adimplebo & hujusmodi officium meum per me ipsum & non alium Substitutum, nisi Domini mei mihi id ex gratia admiserint, exercebo, dolo & fraude secluſis sic me Deus adjuvet & haec Sancta ejus Evangelia.

Juramentum Virgiferorum. (e)

Ego N. in Ecclesia S. *Andreae* Colonienſis virgifer promitto & juro quod ex nunc & in antea fidelis & obediens ero & esse volo venerabilibus Dominis meis Decano & Capitulo Ecclesiae S. *Andreae* praedictae ac eorum cellerario, ac officium meum per me ipsum & non substitutum nisi Domini mei mihi hoc ex causa indulserint, regam, & in omnibus stationibus praesens ero, & virgam meam in illis feram ac campanas prout illud usque modo solitum fuit pulsari facere juvabo, atque statuta dictorum Dominorum meorum officium meum & me concernentia & signanter de me & meo collega

(e) Virgifer, qui virgam fert, apparitor, sceptrifer, stabellarius alibi vocatur, qui in signum jurisdictionis Ecclesiae sceptrum imagine Patroni ecclesiae plerumque decoratum praefert.

ga atque noſtris officiis per eosdem edita fideliter ſervabo ſic me Deus adjuvet & haec Sancta ejus Evangelia.

Juramentum Vaſallorum.

Ich N. gelobe bey meinem Eyd, das ich trew, holt und gehorſam ſeyn ſoll und will meinen Ehrwürdigen herrn dechand und Capitul ſambt dero Kirchen zu S. *Andres* binnen *Cölln* und deroſelben nutz urbar wie ein frommer Leheman ſeine herren ſchuldig und verpflicht iſt, prueſen und vorkehren und ire Schaden nach allen meinen wiſſen und vermögen vorhüten und ob einige gütter meiner herren in meine lehen gütter gehorten und zu ſtunden verfloſſen und verändert wären, ſoll ich mit allem fleiſs auf meine köſten und arbeit es entwinnen und verflieſſen ehrlichen handhaben beſchirmen und meinen pacht, zins und alle gerechtigkeit meines lehens mich berührent trewlichen ſonder einige widerrede zur rechter zeit betzahlen und gütlich ausrechnen auch ſolche hohe gütter nicht verſetzen verkauffen noch in frembde händt bringen, bauſſen (*m*) wiſſen conſentz und willen meinen vorgeſchriben herren und kein ander recht darumb nehmen dan von meinen vorgeſchrieben oder ihr befehlhaberen, die das ſonderlich befohlen, und ſonſt alles tuhe und laſſe, was ein trewer leheman ſeine leheherren ſchüldig iſt zu tuhen und laſſen, alſo mir gott helffe und ſeine heiligen.

De

(m) Sine ſcitu, conſenſu & voluntate.

De his quae per praepositum in admissione & acceptione possessionis facienda & adimplenda sunt.

Praepositus juxta antiquam consuetudinem & observantiam Ecclesiae nostrae longissimo tempore usque modo inconcusse observatam in admissione & acceptatione possessionis magistro fabricae pro lectura litterarum quinque florenos Rhenenses (*n*) auri in auro & Cappam sericam qua ipse in stationibus (*o*) cleri, si velit, utatur, dare consueverit, si vero hujusmodi Cappa haberi non posset, tunc loco Cappae triginta quinque florenos monetae praedictae eidem magistro fabricae solvere habuit & si pro honore suo & Ecclesiae post adeptam possessionem unam pulchram Cappam aut casulam sericam cum vestibus Dalmaticis Diaconi & subdia-

(*n*) Floreni primitus Florentiae solummodo cusi; unde florenus suum traxit nomen. ex auro erant omnes. Hinc videmus in Numophilacijs florenos Pontificum, Electorum S. R. J. ex adversa parte insigni illius, qui nummos cudi fecit, & S. *Joannes Baptista* patrono Ecclesiae Florentinae, ex aversa lilio, insigni Florentino insignitos. Successu temporis Electores Rhenani quatuor: Moguntinus, Trevirensis, Colonienſis & Palatinus juxta unionem inter se factam florenos percusserunt. Hasce uniones Historiam Germaniae multum illustrantes tempore commodo sumus communicaturi. Florenorum valor pro varietate temporis varius.

(*o*) Per stationes intelliguntur processiones in- vel extra Ecclesiam haberi solitae, de quibus in *commentatione* nostra: *De stationibus Ecclesiae Moguntinae.*

Digitized by Google

subdiaconi dederit, magister fabricae eidem hujusmodi triginta quinque florenos restituere tenetur. ad id quod Chorales & Campanarii a Canonico in acceptatione possessionis suorum Canonicatus & praebendae recipere soliti sunt illud & praepositus eisdem solvere consuevit. Nos consuetudinem & observantiam praedictam ratam & gratam habentes eam approbamus statuentes & ordinantes quod illa deinceps, perpetuis temporibus in acceptatione praepositurae inviolabiliter teneri & observari debeant, si tamen in majoribus Ecclesiae benefacere voluerit id minime respuendum censemus.

De bis quae Decanus in admissione & acceptatione possessionis Decanatus facere debeat.

Decanus simili laudabili consuetudine & observantia ecclesiae nostrae usque modo observata, tentata, & practicata in Decanatus quinque florenos Rhenenses auri in auro ac totidem in canonicatus & praebendae respective admissione & acceptatione possessionis fabricae pro jure Lecturae litterarum provisionis ei authoritate apostolica factae etiamsi simul hujusmodi litterae legantur, solvere & cappam sericam sicut praepositus qua in stationibus cleri si velit utatur dare consuevit & si hujusmodi cappa statim haberi non possit, loco illius triginta quinque florenos eidem fabricae & sex pro ornamentis ecclesiae ac duobus campanariis duos & choralibus unam marcam in acceptione possessionis Decanatus tradere & deliberare solitus

litus fuit, & ſi pro ſuo & Eccleſiae decore poſt adeptam poſſeſſionem cappam aut caſulam ſericam pulchram cum veſtibus Dalmaticis diaconi & ſubdiaconi dare elegerit, eo caſu Magiſter fabricae & hujusmodi triginta quinque florenos reſtituet, ſi vero authoritate ordinaria decanatum obtinuerit, omnia ut ſupra narratum, ſola lectura litterarum excepta, dare conſuevit. Nos hujusmodi obſervantiam & conſuetudinem Eccleſiae noſtrae rationabilem & honeſtam cenſentes, ac eam gratam & ratam habemus, laudamus & approbamus ſtatuentes & ordinantes quod illa deinceps perpetuis temporibus in admiſſione & acceptatione poſſeſſionis Decanatus inviolabiliter teneri & obſervari debeat, ſi tamen majora praemiſſis pro honore Dei & Eccleſiae dare voluerit id nequaquam ei interdictum eſſe volumus.

Quid Scholaſticus & Cantor in admiſſione & acceptatione poſſeſſionis Scholaſteriae & Cantoriae facere & adimplere debeat.

Ex pari laudabili conſuetudine & obſervantia usque modo inconcuſſe tenta & obſervata tam Scholaſticus quam Cantor, ſi eis authoritate apoſtolica de Scholaſteria & Cantoria proviſum fuerit pro lectura litterarum tres florenos Rhenenſes auri in auro dare & praeter illud Scholaſticus in admiſſione & acceptatione poſſeſſionis Scholaſteriae pro ornamentis ſex florenos aureos fabricae duntaxat cedentes ſolvere conſuevit & nihil campanariis & choralibus ex admiſſione & acceptatione

tione poſſeſſionis hujusmodi officiorum evenire conſuevit, ſi autem authoritate ordinaria de hujusmodi officiis proviſum fuerit nihil pro jure lecturae dare tenetur, Nos obſervantiam & conſuetudinem praedictam ratam & gratam habentes & approbantes ſtatuimus & ordinamus quod illo deinceps perpetuis temporibus futuris modo praemiſſo inviolabiliter teneri & obſervari debeant.

Poſſeſſionem Decanatus ſeu Canonicatus & praebendae, officii perpetui aut Vicariae per procuratorem accipiens ad reſidentiam veniens juramentum praeſtitum in propria perſona innovare debet

Citius illa quae quis in propria ſua perſona quam per procuratorem ſuum jure jurando promittit obſervare memoriae objiciuntur, licet juramentum per procuratorem legitimum ſicut per ſe ipſum praeſtitum principalem aeque aſtringat atque aequum ſit regentes eccleſiarum quales & quo titulo ſuffulti ſint, de earum gremio eſſe cupientes cognoſcant, ob id ſtatuimus & ordinamus quod quilibet in eccleſia noſtra poſſeſſionem Decanatus Canonicatus & praebendae ſeu officii perpetui vel vicariae per procuratorem acceptans & juramentum ſolitum in illius acceptatione per illum praeſtans debeat ac teneatur ad reſidentiam veniens hujusmodi juramentum per ſe ipſum in propria perſona innovare, ne quisquam ad perceptionem fructuum & redituum dignitatis curatae, beneficii & officii quacunque authoritate apoſtolica aut ordinaria illam ſeu illud conſecutus ſit, admit-

ti

ti debeat nisi prius in facie capituli hujusmodi juramentum (ut omnia legaliter & decenter gesta & acta conspiciantur) praestiterit, & medio tempore fructus dignitatis curatae, beneficiorum vel officiorum Ecclesiae nostrae juramentum tale praestare recusando magistro fabricae cedant, qui diligenter ne contrarium per quemquam attentetur prospiciet & si aliquem hoc attentantem invenerit desuper sine mora nos certiores reddet, ut ille per nos juste coarctatus deinceps a vetitis abstineat, & aliis ne similia attentent exemplar fiat.

Juramentum Canonicorum.

Ego N. Canonicus S. *Andreae* Colonienſis promitto & juro quod nunc & in antea ero & esse volo fidelis & obediens Reverendissimo Domino Archiepiscopo Colonienſi & Decano & Capitulo Ecclesiae S. *Andreae* praedictae prout Canonicus dictae ecclesiae de jure & consuetudine ipsius ecclesiae S. *Andreae* praedictae ad id tenetur; statuta quoque licita ac honesta ac consuetudines Laudabiles praedictae ecclesiae observabo ac jura & bona ejusdem per Decanum & Capitulum longissimo tempore hucusque possessa, habita, gubernata, ministrata & directa, una cum Dominis meis Decano & Capitulo quantum in me est defendam & ecclesiae utilitatem procurabo & ipsam prae damnis praemuniam & secreta capituli mei absque omni dolo & fraude fideliter celabo ac in nullam personam quocunque ordine, statu, gradu vel conditione decoratam in dicta ecclesia beneficiatam

ciatam inſcriptam aut de ejus gremio exiſtentem eam capiendo per me vel alium publice vel occulte ſaeviam nec eidem nec eccleſiae in rebus aut bonis injuriam vel violentiam inferam, ac primam meam reſidentiam perſonalem juxta antiquam dictae eccleſiae obſervantiam usque modo obſervatam faciam & ſi me meam reſidentiam perſonalem infringere contingat, ex quacunque cauſa id fiat, omnes & ſinguli fructus, reditus & proventus, per me ex dicta eccleſia percepti eo ipſo ad Dominos Decanum & Capitulum devoluti erunt; quos etiam eisdem infra duos menſes interruptionem reſidentiae meae proxime ſequentes reſtituere & refundere promitto, & ſi hujusmodi fructibus refuſis meorum canonicatus & praebendae fructibus reditibus & proventibus gaudere & frui voluero altera vice reſidentiam meam primam incipere perficere & adimplere tenebor (*p* nec contra praemiſſa aut aliquod illorum litteras indulta, preces, favores, auxilia vel ſuffragia alicujus principis aut Domini eccleſiaſtici aut ſaecularis cujuscunque ſtatus gradus ordinis ſeu conditionis fuerit per me aut alium publice vel occulte directe vel indirecte ſeu quovis quaeſito colore aut ingenio

(*p*) Hoc ſtatutum in alijs etiam Eccleſiis laudabiliter introductum exiſtit. Id quam ſollicite obſervatum fuerit, luculenter demonſtrat Reſcriptum *Theodorici* Archi-Epiſcopi Mog. ad Capitulum inſignis Eccleſiae Colleg. B. M. V. ad gradus *Moguntiae* datum, cum *Joannes de Lyſura* in prima conſtitutus reſidentia ad Concilium Baſileenſe mittendus eſſet. *de Guden. Tom. IV. p.* 238. *&c.*

ingenio seu alias qualitercunque impetrabo, nec me illis etiamsi me ignorante mihi concessae seu concessa fuerint juvabo neque iisdem quoquomodo utar neque infra annum dictae primae residentiae meae pro aliquo officio temporali in dicta Ecclesia per me vel alium seu alios mihi committendo instabo nec illud per Dominos Decanum & Capitulum Sponte mihi Oblatum acceptabo sic me Deus adjuvet & Sancta ejus Evangelia.

Juramentum Vicariorum.

Ego N. Rector altaris N. juro & promitto quod ex nunc & in antea ero fidelis & obediens venerabilibus egregijs & circumspectis Dominis meis Decano & Capitulo ecclesiae S *Andreae* Coloniensis pro tempore existentibus, bona, reditus & proventus mei altaris nequaquam alienabo, sed illa & illos pro posse & nosse meis augebo ac inventa ac inventos conservabo ac deperdita recuperabo ac debitum altari meo de jure consuetudine aut observantia incumbens diligenter adimplebo & personaliter residebo, statuta quoque & ordinationes Dominorum dictorum Decani & Capituli ac consuetudines ac observantias Ecclesiae S. *Andreae* me concernentia & concernentes observabo, ac altare meum sine expresso consensu Dominorum meorum Decani & Capituli non permutabo aut resignabo ac Dominis meis Decano & Capitulo in rebus & negotiis Ecclesiae sicut saepe accidit, in domo eorum capitulari existentibus impeditis, ac tractantibus horas minores & missam

cantare & me non reſidente, fructus, reditus & proventus altaris mei per magiſtrum fabricae cui cedunt, ſine contradictione ſublevari & recipi ſinam & admittam. Sic me Deus adjuvet & haec S. ejus Evangelia.

Quid Canonicus & Vicarius in admiſſione & acceptatione poſſeſſionis Canonicatus & praebendae & Vicariae facere & adimplere debeant.

In Eccleſia noſtra ex conſuetudine & obſervantia Laudabili longiſſimo tempore usque modo inconcuſſe tenta, practicata & obſervata, canonicus ex authoritate apoſtolica vel ordinaria de ſuis canonicatu & praebenda proviſionem habens & illam docens quinque florenos Rhenenſes auri in auro Magiſtro fabricae ſolvere conſuevit, qui de illis cuilibet Canonico praeſenti tres albos pro praeſentiis diſtribuere habet, & in admiſſione & acceptatione poſſeſſionis ad haec quinque alios florenos ſimilis monetae nec non unum florenum aureum Rhenenſem pro defenſione libertatis Eccleſiaſticae eidem Magiſtro fabricae nec non duobus Vicariis quorum unus praepoſiti & alter Decani dicitur cuilibet unam marcam & totidem duobus Campanariis & Choralibus cuilibet tres albos dare ſolitus. Item Vicarius poſſeſſionem ſui Altaris accipiens tenetur dare dimidiatum florenum aureum pro defenſione libertatis Eccleſiaſticae, & adhuc duos florenos aureos in auro cum dimidio quorum unus dividetur inter Decanum & Canonicos in Capitulo tempore traditionis poſſeſſionis praeſentes, reli-

Digitized by Google

reliquus autem florenus aureus cum dimidio fabricae Ecclesiae nostrae cedet.

De oneribus quae Canonicus suam primam annalem residentiam facere volens agere & perficere debeat & teneatur.

Turpe est jus in quo quis versatur ignorare & ob id tyrones cujuslibet professionis honestae mores & ritus eorum professioni convenientes labore & exercitio continuo addiscere solent, ut illis imbuti singula in eo ordine seu statu, quo vivere elegerint, agenda perficere valeant; hinc est, quod nos Decanus & Capitulum statuimus & ordinamus, quod Canonicus post lapsum temporis solitae exspectantiae suae se per nos ad primam annalem residentiam admitti petens subscripta facere debeat, in primis per Decanum si praesens fuerit, aut seniorem si absens foret, ad videndum se ad residentiam primam admitti capitulum rite indici faciet, & votis in Capitulo collectis juxta numerum votorum per sententiam Diaconorum ad residentiam, nisi causa ei rationabilis obstiterit, admittetur, qui statim admissione facta Magistro fabricae sex Rhenenses auri in auro pro ornamentis solvet, cum Ecclesiastica ornamenta, quibus post mortem sepulturae Ecclesiasticae tradendus est, disponere habeat, & quando suam residentiam incipere intendit, praesentiario hoc significari habenti dicere tenebitur & tali tempore per eum designato & incepto per unum integrum annum residebit, potest si velit infra hujusmodi an-

num licentia a Decano per Canonicum ſui ordinis petita ad ſex ſeptimanas & tres dies ſimul vel ſucceſſive extra tamen civitatem Colonienſem abeſſe ac dies exitus & reditus infra immunitatem viſus fuerit; eritque idem reſidens in omnibus horis, ſtationibus Vigiliis ac miſſis animarum ac commendationibus primus & ultimus antequam horae inchoentur vel finiantur ac in matutinis primam in vigilia octavam lectionem leget ac verſiculum ſecundum in matutinis ac verſiculum: *Lauda* in Vigiliis, cantabit, niſi infirmitas vera & non ficta eum excuſaverit, ac infra immunitatem habitabit, & ſi domum propriam non habuerit, cum Canonico vel alio beneficiato infra eandem immunitatem habitante reſidere debet & omni nocte totius anni ſuae reſidentiae infra ſaepe dictam immunitatem vel in domo Canonicali dormiet & ſemel in quolibet die praedicti anni refectionem ſolitam, hoc eſt prandium vel coenam ſolemnem (dictis tamen ſex ſeptimanis & tribus diebus totidemque noctibus, quibus ipſum extra civitatem eſſe contigerit exceptis) ſine dolo & fraude faciet ac oſtium domus Capitularis tempore congregationis Capituli aperiet & claudet, donec alius poſt eum ad ſimilem reſidentiam admiſſus venerit, nam per illius adventum ab onere dictum oſtium aperiendi & claudendi & nequaquam alias abſolutus cenſebitur & anno effluxo ſi a reſidentia abſolvi deſideraverit, Capitulum ſicut in ejus admiſſione ad reſidentiam indictum erat, indici faciet, ac Magiſtro fabricae decem florenos monetae praedictae

dictae quo olim prò prandio ſeu convivio ſolemn quilibet reſidens poſt abſolutionem ſuae reſidentiae annalis nobis facere conſueverat ſolvet, & capitulo indicto & per praeſentiarium noſtrum qui ejus abſentias vigore ſui officii jurati annotare tenetur nobis de eo an male reſederit an bene, facta relatione cui & illius relationi in hoc ſtamus & fidem habemus vota colligentur, atque illis collectis diaconi juxta numerum votorum eundem per eorum Sententiam a reſidentia abſolvent aut aliud factis & aequitati correſpondens ſtatuent nam ſi ultra ſex ſeptimanas & tres dies in ſuis aut alienis & non eccleſiae negotiis extra civitatem conſtitutus fuerit aut alias ſuam reſidentiam contra tenorem ſui juramenti aut conſuetudinem Eccleſiae infregerit fructus & reditus perceptos, uti latius in ſuo juramento continetur quod illaeſum ſervari facere intendimus, nobis reſtituere tenetur.

De Canonicis, presbyteris, Diaconis & in minoribus ordinibus conſtitutis ſe ad perceptionem fructuum ſuorum Canonicatus & praebendae annis exſpectantiae conſuetae effluxis admitti petentibus.

Stipendium quod quis ratione ſui officii ſeu ordinis recipere deſiderat etiam ſe talem exhibere debet, qualem hujusmodi officium ſeu ordo de neceſſitate requirit, hinc eſt quod ſtatuimus & ordinamus ut nullus canonicus praebendatus etiam annis exſpectantiae lapſis ad reſidentiam & fructuum perceptionem ac obventiones & actus capitulares niſi ad minus ordine ſubdiaconatus ſicut

hoc jure communi deciſum eſt, initiatus fuerit, admitti debeat aut poſſit. pari modo praebendam diaconalem habens ordine illo, ſi fructus praebendae recipere voluerit, initiatus eſſe tenebitur, ſi vero quisquam ut Canonicus Scholaris praebendam liberam habens reſidere voluerit, quod admittetur is in Scholis ſub diſciplina Scholaſtici donec emancipatus ac de ſtudio generali in quo ad minus per unum annum ſtuduiſſe debuit reverſus ſit manebit, & crucem in omnibus proceſſionibus quousque ad minus ordinem ſubdiaconatus receperit, deferre & inter vicarios ſtare tenebitur ac praeſentias canonicis debitas ac tertiam partem bladorum in ſiligine & avena pro rata unius Canonici recipiet, & unam mediam amam vini de vino inferiori habebit, nihil autem de tritico recepturus, ſi vero Crucem deferre noluerit, duntaxat praeſentias Vicario Chori dari ſolitas habebit, praebendam vero ſacerdotalem habens ad fructuum Canonicatus & praebendae ac obventionum Capitularium perceptionem minime admittendus eſt, niſi prius miſſam in ſummo altari ſe celebraſſe doceat.

De Baſtonatis. (q)

Saepe apud nos Baſtonium ſeu abſentia per Canonicos petitur ac in illius conceſſione de conſuetu-

(q) A voce gallica baſton, baton, baculus (peregrinationis) baſtonatos, batonatos (baculo peregre abeuntium inſtructos derivamus; cum licentia abeſſendi ab hac eccleſia ſub certo modo ijs conceſſa

ſuetudine antiquiſſima in Eccleſia noſtra usque modo inconcuſſe tenta nemini apud nos & eccleſiam alteram ſimul reſidere licuit, nec hodie licet. Baſtonium tamen debito tempore capientes & ad hoc petendum & obtinendum qualificati aliunde reſidere poſſunt, de hoc tamen nonnullae aliquando diſſenſiones exortae fuerunt, volentes ob id illis obviare & remedium ne deinceps ſimiles pululent, adhibere ſtatuimus & ordinamus, quod nemo infra primum annalem ſuam reſidentiam Baſtonium ſeu abſentiam petere poſſit aut debeat, ſi vero hujusmodi reſidentia ſua annali completa & abſolutione Capitulari deſuper vigore ſententiae Diaconorum obtenta Baſtonium ſeu abſentiam petere voluerit, id per ſe ipſum aut procuratorem ſuum ad hoc ſpecialiter conſtitutum per totum menſem Maji una die Capitulari & Capitulo ad hoc ſingulariter indicto petet & deinceps quamdiu Baſtonio hujusmodi uſus fuerit, dabuntur eidem Baſtonato Canonico vel procuratori ſuo legitimo in

ceſſa fuerit, qui peregre abire aliamque praebendam deſervire in alia eccleſia cupiebant. Baſtonium non datur ijs, qui intra civitatem pro deſervienda altera praebenda commorantur. Ceſſante vita communi enata eſt beneficiorum pluralitas, omnis origo mali, cui ſeveriſſima etiam ſtatuta mederi non poterant; ſed inventa lege, inventa eſt fraus varijs nominibus compellata. Hic licentia alio abeundi dicitur *baſtonium* & in quadam alia Eccleſia *Annus Capparum*; Hunc qui obtinet certam perſolvere taxam tenetur pro comparanda Chorali cappa &c.

Digitized by Google

festo Paschatis vel infra quindenam proxime sequentem in Civitate Colonienſi viginti floreni aurei, Rhenenſes in auro vel eorundem reverſus valor reliquos omnes reditus & proventus in vinis & bladis vel pecuniis exiſtentes Decanus & Canonici reſidentes percipient, oneraque Canonici Baſtonati abſentis eorum expenſis per alium Baſtonato hujusmodi durante fieri procurabunt, & Baſtonium in Maijo petens & extra civitatem Colonienſem reſidens (cum in eadem reſidentia Baſtonium non detur) a feſto *S. Petri ad Vincula* dictum Maijum proxime ſequente usque ad idem feſtum anni ſequentis & ultimam julii incluſive nullas praeſentias recipiet, etiamſi chorum viſitaverit, quod devotionis cauſa facere poterit. Et cum aliquamdiu Baſtonium ſeu abſentiam habentes in aliis Eccleſiis Collegiatis reſideant, quamvis prima Auguſti reſidentiae alterius Eccleſiae fuerint & ſint adſtricti & obligati nec annus reſidentiae eadem die plene effluxerit contra conſuetudinem Eccleſiae noſtrae apud nos reſiderent cupientes ob id periculis futuris obviare & conſuetudinem antiquam Eccleſiae noſtrae in hoc usque modo inconcuſſe obſervatam & tentam imitari ſtatuimus & ordinamus apud nos in Eccleſia noſtra in feſto *S. Petri ad Vincula* in primam Auguſti cadente ſemper incipere debet & ultima julii anni ſequentis finire debeat, & Canonicus poſt primam annalem reſidentiam ſuam factam & abſolutionem Capitularem a nobis obtentam ad nos de reſidentia alterius Eccleſiae veniens & in Eccleſia noſtra reſidere

delide-

desiderans ante primam Augusti ab omni residentia alterius Ecclesiae penitus & omnino liber & absolutus esse tenebitur, & si super praemissis inter Decanum & Capitulum ac talem Canonicum apud nos residere cupientem dissensiones exortae fuerint, tenebitur talis Canonicus praemissa legitimis documentis coram nobis edendis quod dicto die & in primis Vesperis *S. Petri ad Vincula* residentia alterius Ecclesiae in qua resedit, integre completa sit probare nec ad residentiam seu fructuum perceptionem donec illa rite probaverit admitti debet.

De temporibus & ordine quibus grossi fructus, (r) corpus Decanatus (s) & praebendarum deservire debeant.

Ad hoc Ecclesiastica beneficia instituta sunt, ut pro illis altissimo officia Divina accepta reddantur & magis suorum beneficiorum fructus non deservitos recipientes quam si bona profana forent, peccant & propterea his ordinem quo quisvis fructus grossos sui beneficii & dignitatis curatae in Ecclesia nostra deservire possit & illos suos faciat

(r) Grossi fructus, annuus beneficiorum redditus, qui scilicet ratione beneficij annuatim obvenit praeter quotidianas distributiones, quae ijs solum dari solent, qui Divinis intersunt officijs.

(s) Certi redditus praeter praebendam communem & distributiones quotidianas, hoc corpus subin consistit in agris, vineis, pratis, censibus pecuniarum, frumenti, vini &c. &c.

Digitized by Google

ciat clare deliberavimus & in hoc consuetudini antiquae Ecclesiae nostrae laudabili inhaerentes statuimus & ordinamus quod tam Decanus, quam omnes & singuli Canonici & duo Vicarii principales ac Rector Capellae *S. Michaelis* in Bladis seu frumentis & vinis beneficiorum suorum participes fieri cupientes in vigilia seu pro-festo Nativitatis B. M. V. in primis Vesperis ante *gloria patri* primi psalmi & altera die in festo ejusdem in summa Missa ante ultimum *Kyrie eleison* usque ad finem praesentes esse tenebuntur, item quia in prima Missa noctis Nativitatis Domini unum Malderum tritici in secunda unum Malderum siliginis in tertia Missa quae summa est eodem die unum Malderum avenae & in primis vesperis Vigiliae *S. Andreae* Patroni nostri ac matutinis summa missa & secundis vesperis diei ejusdem cuilibet ex Dominis Praeposito Decano & Canonicis Ecclesiae nostrae qualibet vice unum sumbrinum *) siliginis datur; Volumus statuimus & ordinamus quod praemissorum fieri participes volentes tunc praesentes esse teneantur, item volentes esse participes pullorum de *Nie Kirchen* & *Gommers Kirchen* in die SS. *Philippi* & *Jacobi* Apostolorum in summa missa esse tenebuntur, & Vini copiam deservire cupientes in una horarum vigiliae Nativitatis *S. Joannis Baptistae* praesentes erunt nisi aliquis de mandato Decani & Capituli in negotio Ecclesiae missus fuerit, aut Decanus vel Canonicus infra immunitatem aut in aliqua domo Canonicali extra

immu-

*) Sümmern.

immunitatem ſita habitans infirmitate notoria oppreſſus fuerit, Vicarii vero juxta antiqua ſtatuta in domo aliqua ad Capitulum ſpectante, & quod de Bladis ſeu frumentis ſupra ſtatutum eſt, ſimili modo & forma cum vinis tam Bacharazenſibus quam inferioribus in primis veſperis in pro-feſto *) *S. Remigii* & altera die in feſto ejusdem in ſumma miſſa deſervientur, teneri & obſervari cenſemus; ſi autem Decanus vel Canonicus vel aliquis ex dictis tribus Vicariis poſt ſummam miſſam in Die *Nativitatis Mariae* decedat, omnia Blada ei cedunt, pari modo poſt ſummam miſſam diei *S. Remigii* moriatur, omnia vina ei, ac ſi viveret, cederent, & propter hoc teſtamenti ejus executores onera decanatui & praebéndae ac dictis tribus altaribus incumbentia in omnibus ac ſi defunctus adhuc in humanis foret eorum expenſis usque ad primas Veſperas *S. Petri* ad *Vincula* **) incluſive fieri procurabunt, inſuper quatuor juniores Canonici de vinis inferioribus duas duntaxat amas, ſi vina creverint inter ſe dividendas recipient, in aliis cum caeteris Canonicis in diviſione aequales erunt una tamen ama vini Bacharacenſis excepta; Domino Decano onus praebendae presbyteralis facere tenentur ac cuilibet Canonico presbitero debita; qui autem ſeniores & juniores canonici apud nos quo ad hoc cenſeri debeant ex

data

*) Ultima Septembris.

**) Prima Auguſti.

data inceptae reſidentiae ſuae primae annalis cognoſcetur; is enim ſenior judicandus eſt, qui primo reſidentiam ſuam annalem incepit & talem in hoc caſu pro ſene haberi deberi ordinamus. praeterea Canonicus praeter ſuam perſonalem comparitionem in dictis duabus primis Veſperis & ſummis miſſis factam ſi fructus praedictos lucrari & ſuos facere velit, pro majori parte anni & ad minus per ſex menſes & unum diem continue aut diſcontinue reſidere & divinis officiis communiter & pro majori parte anni interfuiſſe & intereſſe tenetur, niſi in negotiis Eccleſiae fuiſſet aut infirmitate oppreſſus id facere non poſſit, ſi vero ultra ſex menſes & unum diem continue aut diſcontinue abſens fuerit & apud Eccleſiam non reſederit aut divinis officiis communiter aut pro majori anni parte non interfuerit, neque ex juſſu Decani aut Capituli in negotiis Eccleſiae fuerit, omnes fructus groſſos tam in Bladis quam in vinis per ipſum illo anno receptos reſtituet, & reſtituere tenebitur & nihilominus juramentum per quemlibet in Eccleſia noſtra beneficiatum tam per Decanum quam Canonicos Vicarios in eorum admiſſione & acceptatione poſſeſſionis praeſtitum nequaquam per haec in aliquo tollere, ſed illud in omnibus & per omnia ſtricte ſicut quemlibet reſpective concernit firmiter & illaeſum teneri & obſervari debere cenſemus; Praelatis tamen Eccleſiarum aliarum civitatis Colonienſis in Eccleſia noſtra Canonicis & reſidentibus poſtquam primam eorum annalem reſidentiam debite in eadem juxta illius ſtatuta & con-

ſuetu-

ſuetudines rite perfecerint eorum indulto per praemiſſa praejudicare non intendimus. *)

De annis Exſpectantiarum & fructuum praebendarum Defunctorum infra hujusmodi annos decedentium facienda aſſignatione deque ſepultura & memoriis.

Privatorum aedes ut videmus ſplendide exſtruuntur atque exſtructae conſervantur longe igitur magis in aeterni Imperatoris templis manufactis quae ſicut & aliae res lapſu temporis ruunt, fieri expedit, & cum fabrica Eccleſiae noſtrae multis pro templo Dei refectione & illius decore & ornatu indigeat nullosque fixos reditus habeat, neque illi per extraneos extra gremium noſtrum manus adjutrices, ut experientia facti cognovimus, porrigantur cupientes ob id honeſta ſuffragia apud nos ipſos, ne exſtructa labantur, ſed conſerventur, quaerere ac nobis ac noſtris ſucceſſoribus, legem, quam a noſtris praedeceſſoribus recepimus, dare & obſervare ſtatuimus & ordinamus, quod quivis canonicatum & praebendam per mortem aut religionis ingreſſum & ingredientis profeſſionem vacantes in Eccleſia noſtra obtinens debeat & teneatur ad quatuor annos poſt mortem ſui praedeceſſoris aut dictam profeſſionem religionis

*) Thomalia in feſto *S. Thomae* Apoſtoli deſerviuntur, & ſi transferatur hoc feſtum, ex eo quod incidat in Dominicam, eadem in feſto translato deſerviuntur, oportet in miſſa eſſe ante Evangelium.

nis proxime ſequentes exſpectare *) ac duorum primorum annorum defuncto, ac reliquorum duorum annorum fructus Eccleſiae cedent, quibus elapſis ad reſidentiam ſuam annalem non obſtante quod ante finem annorum carentiae hoc non petierit (niſi aliud eidem obſtiterit canonicum impedimentum) per ſententiam Diaconorum ex votis complurium ferendam admittetur, ſed quia ſaepe numero vina modica & acerba creſcunt & nihilominus quilibet reſidentiam in illorum collectione multam & magnam pecuniam ac ſi bona forent exponere cogitur, & aliquando longe magis pro illorum collectione quam ipſa vina illo anno valeant contribuere tenetur, propter quod executores canonicorum defunctorum pro illorum vinorum collectione ſicut canonici reſidentes contribuere recuſarunt & illius occaſione capitulum pro fructibus duorum primorum annorum cedere conſueverunt, quod etiam onera praebendae defuncti incumbentia ſuis expenſis facere ſolitum fuit, hinc tamen ſaepe accidiſſe comperimus aliquando nullas in Eccleſia noſtra memorias pro ſalute decedentium fuiſſe fundatas; cui malo obviare cupientes, ſtatuimus & ordinamus quod quicunque praelatorum & Canonicorum Eccleſiae noſtrae poſthac in eccleſia noſtra ſepultus, ille pro duobus annis gratiae **) habebit quinquaginta florenos aureos in auro Rhenenſes boni auri & Juſti ponderis in emptionem duorum ſimilium florenorum aureorum

pro

*) Hi quatuor anni dicuntur Carentiae.

**) Ordinatio circa annos gratiae.

pro memoria ſua eo erogandorum (niſi aliunde memoriam ſuam in Eccleſia noſtra ſervandam uberioribus reditibus fundaverit & dotaverit) per nos & ſucceſſores noſtros convertendos, quicunque autem praelatorum vel aliorum canonicorum noſtrorum in ambitu noſtro vel alibi extra Eccleſiam noſtram ſepeliri voluerit illius executores pro dictis duobus annis gratiae tantum centum marcas currentes recipient & quod tunc defalcatis dictis centum marcis currentibus ſuperfuerit, pro memoria defuncti ſic ſepulti per nos & ſucceſſores noſtros perpetuo ſervanda in comparationem annui reditus juxta quantitatem reſidue emendi exponetur, niſi decedens totum pro memoria manere voluerit quod ei facere licebit, ſi autem quis via permutationis aut ſimplicis reſignationis canonicatum & praebendam conſecutus fuerit, & is qui ei canonicatum & praebendam dimiſit, ſuam primam annalem reſidentiam fecerit, debet & tenetur ejus in hujusmodi canonicatu & praebenda ſucceſſor ad duos annos exſpectare, ſi tamen ei libuerit, poteſt illos ſexaginta florenis Rhenenſibus auri in auro fabricae cedendis redimere, ſi vero quis canonicatum & praebendam per mortem aut religionis ingreſſum & ingredientis facta profeſſione vacantes obtinens infra quatuor annos exſpectantiae aut poſt illos decedat, tenebitur illis ſucceſſor ad quatuor annos a morte talis canonici noviſſime defuncti vel religionis ingreſſu exſpectare. ſi tamen quisquam infra eosdem quatuor canonicatum & praebendam illius obtinens tempus

quod illi a quo praebendam obtinuit exſpectandum reſtabat, donec illud lapſum ſit ſine aliquorum annorum fortaſſis reſtantium redemptione exſpectare, poſſeſſorem tamen canonicatus & praebendae ſtudii Almae univerſitatis Colonienſis de primae gratia *) ab hoc exceptum eſſe volumus ille enim quocunque modo canonicatus & praebenda hujusmodi vacent, quos obtinet & quacunque via ſaltem licita & quo tempore ingrediatur duos duntaxat annos exſpectare habet, quos ſi velit ſexaginta florenis aureis in auro fabricae cedendis redimere poteſt. Inſuper rationi conforme eſt & aequitati conſonat, ut quis illi, a quo multam & magnam utilitatem tempore longo recepit, gratitudinem aliquam honeſtam impendat, ac locum praecipue illum in quo Sepulturae Eccleſiaſticae ſe ſeu funus ſuum tradi & ſuffragia Chriſti fidelium pro eo donec noviſſimus dies adveniat, fieri exoptat, honoret & aliquid pro memoriae erectione & animae ſuae ſalute fundet ſicut & ſuos praedeceſſores feciſſe, & ob id praelati & Canonici vel alii in eccleſia noſtra ſepeliri cupientes, ex antiqua & Laudabili conſuetudine & obſervantia longiſſimo tempore usque modo tenta & practicata, memoriam in eccleſia noſtra fundare & pro illius dotatione ad minus duo malderà tritici perpetui eccleſiae noſtrae reditus emant committere & tantam pecuniam qua ipſi talem reditum emant & Capitulo aſſignent tradere conſueverunt. Nos igitur

*) De gratiae primae beneficijs vide *Subſid. Diplom. Tom. III. p.* 385.

Digitized by Google

igitur vestigiis nostrorum praedecessorum in honore & illam in rite gestis imitari cupientes consuetudinem & observantiam praedictam aptam & gratam habemus & approbamus, ita tamen quod si memoriam suam taliter non fundaverint, quod ex tunc cum sepultura & annis gratiae servabitur modo & forma praescriptis statuentes & ordinantes quod illa de post futuris perpetuis temporibus per nos nostrosque Successores cum limitatione tamen praescripta inviolabiliter teneri & observari debeant.

De Bonis Praepositi & modo certa plaustra vini eidem & Decano assignandi.

Dominus Praepositus Ecclesiae nostrae sicut & aliarum Collegiatarum Ecclesiarum Praepositi, bona separata habet & hodierna die ratione certorum agrorum in *Amwyler* cum nemoribus & attinentiis suis ad Ecclesiam nostram emphyteutico jure spectantia a nobis annue recipit sedecim maldera siliginis, amplius Domino Praepositio & Decano tria plaustra vini debentur, quae semper de & ex quodam monte in *Stiga* sito colligentur ac capitulum hujusmodi quinque plaustra vini usque ad trodeum civitatis Colonienſis deduci & vehi faciet, expensas vero in trodeo pro deductione seu vectione dictorum vinorum ad penaria seu loca ipsis Decano & Praepositio placentia ac vinorum repletionem faciendas & exponendas ipsi sine omni dispendio Capituli solvere tenentur; antequam tamen hujusmodi vina ex navi extrahantur Praepo-

ſitus ex dictis quinque plauſtris vini primo unum ei placens & poſt hoc Decanus ſecundum, & deinde Praepoſitus tertium eliget ac reliqua duo Decano manent.

De officio Decani.

Praelatus oves Dominicas ſibi commiſſas ne lupus rapax eas ſua negligentia ſeu culpa devoret; quae diligenter ſi ſibi ipſi & animae ſuae ſaluti providere voluerit verbis & operibus bonis paſcere tenetur. Nam quod a Praelatis agitur, bonum ſit an malum, feliciter ab aliis quorum curam animarum gerit in exemplum trahitur. Hinc eſt, quod ſtatuimus & ordinamus, quod Decanus diligenter & ferventer reſpicere & attendere debeat, ut omnes horae & miſſae ſingulis diebus per Canonicos & Vicarios ad hoc aſtrictos decenter decantentur & peragantur, ac Vicarii miſſas juxta inſtitutionem aut conſuetudinem in eorum altaribus celebrent, quodque Canonici & Vicarii ſicut Chriſti decet Miniſtros honeſte vivant atque honeſtam familiam habeant atque excedentes charitative ut a vetitis abſtineant, pulſare atque ſuas charitativas requiſitiones ſpernentes corrigi faciet, & ſi ipſum Capitulum diſciplinae contra aliquem obſervare & talem ad carcerem judicari petere contingat, hoc animo tranquillo & ſincero faciet; & ſi apparuerit eum hoc per rancorem aut latens odium vel in commodum ſuum facere, non tenebuntur Diaconi *) ſic per Decanum impetitum ſtatim

*) Canonici Capitulares Diaconi.

tim illa vice ad carcerem judicare, ſed illud in alterum diem different, donec Decanus melius deliberatus ex mera ſinceritate & charitate proximi animam Deo lucrari deſiderans procedat, niſi ſaltem delictum enorme & publicum foret aut in promptu probari poſſet. Et Decanus qui apud nos Canonicus eſſe tenetur, poſt omnium votorum emiſſionem poſtremo votum ſuum dare debet; caſum negotii ſuper quo in Capitulo deliberandum & concludendum eſt, primo diſtincte & perfecte ponet, & votum cujuslibet patienter audiet, & ſingulorum vota colliget, & ſi diſparitas votorum (ut ſaepe accidit) emerſerit, altera vice vota audiet & colliget, & quod major pars votorum dictaverit, pro firma capitulari concluſione obſervabitur, quam nullus deinceps impugnare aut vi contradicere poterit ſub poena ſuſpenſionis a praeſentiis atque in ea ſuſpenſione permanebit, donec majori parti conſenſerit. Si autem aliqui ad Capitulum vocati abſentes maneant, aut in Capitulo praeſentes domum Capitularem nullo per ipſos dato voto exirent, quod per praeſentes concluſum fuerit, firmum cenſebitur: ſin vero vota pro duabus partibus paria fuerint, Decanus cum parte in voto ſuo concurrens illa vice in quacunque materia capitulari, cum majora in hoc ſint vota concurrentia, concludit. Si autem una pars altera parte in uno voto minor fuerit, Decanus cum minore parte concurrens in votis aequalem facit, quodſi ita contingat, debet idem Decanus altera vice prout ſupra, vota emittentes audire, & illorum

vota colligere, & ſi unus votum ſuum mutaverit, quod & ei facere licebit, conſtituet majorem partem Capituli, pro qua etiam Decanus concludere tenetur. Si vero vota aequalia fuerint & ſinguli eorum votis prius datis inhaeſerint, poteſt Decanus pro qua velit parte concludere. Qui ad totius Capituli aut majoris partis illius inſtantiam in quacunque cauſa vel materia emergente ad indicendum Capitulum tribus vicibus ſucceſſive aut unico contextu factis pulſatus & requiſitus Capitulum indicere denegaverit, quod tamen non faciet, ſperamus, debet ſenior Canonicus pro parte Capituli ſeu majoris partis illius requiſitus Capitulum non obſtante quod Decanus infra immunitatem reſideat, & *Coloniae* praeſens ſit, indicere. Et quidquid in tali Capitulo per ſeniorem indicto pro majore parte votorum tum in adminiſtratione bonorum Eccleſiae quam Canonicatuum & praebendarum ac Vicariarum & omnium Eccleſiarum vel alia quacunque diſpoſitione ad Decanum & Capitulum ſpectantium concluſum fuerit; inviolabiliter tenebitur & obſervabitur. Debetque idem Decanus prout hoc multis annis tentum & practicatum fuit, ſingulis diebus ſabathinis per adventum Domini duas parvas candelas cereas Spintlichter vulgariter appellatas prope fores occidentales Eccleſiae noſtrae ſub altari Sancti *Michaelis*, quando in medio ſeu navi Eccleſiae canitur: *Ecce Dominus veniet*, ponere ſeu poni facere. Inſuper Decanus in Feſtis ſolemnibus, quae decanalia nuncupantur, & quorum viginti ſeptem ſunt, ut

puta

puta *Nativitatis Chriſti*, *circumciſionis Domini*, *Epiphaniae*, *Purificationis B. M. V. Annuntiationis ejusdem*, *Die jovis Sancto Paraſceves*, *Vigiliae Paſchae*, *Diei Paſchae*, *Aſcenſionis Domini*, *Pentecoſtes*, *Venerabilis Sacramenti* ac *Dominicae Trinitatis*, in qua Venerabile Sacramentum Eccleſiae *S. Andreae* per diſtrictum Eccleſiae *S. Pauli* ſolemniter portatur. *Nativitatis S. Joannis Baptiſtae*, *Viſitationis B. M. V. Petri & Pauli* Apoſtolorum, *Aſſumptionis Mariae*, *translationis Reliquiarum S. Andreae*, *Nativitatis B. M. V. Sancti Matthaei* primi patroni Eccleſiae noſtrae, *Dedicationis Eccleſiae* in diem primam octobris & feſto *S. Remigii* cadentis, *omnium ſanctorum*, *Commemorationis animarum*, *Praeſentationis B. M. Sancti Andreae & conceptionis B. M.* in primis & ſecundis veſperis matutinas & omnes horas ac miſſam per ſe vel Canonicum inchoare & cantare debet. In feſtis tamen deportationis *Venerabilis Sacramenti* in dicta *Dominica Trinitatis* in Eccleſia noſtra fieri conſuetae, ac *Nativitatis Mariae*, quando Corpus in frumentis deſervitur, & *dedicatione templi* ut feſto *S. Remigii*, in quo corpus praebendarum in vinis deſervitur, ac *S. Andreae*, in quibus populi multitudo ad Eccleſiam cauſa devotionis confluit, per ſe ipſum utrasque veſperas & horas inchoare & miſſam cantare debet, niſi infirmitas aut alia cauſa legitimo impedimento ac Venerabile Sacramentum in dicta Dominica Trinitatis extra Eccleſiam usque ad vicum *ſtockgaſſen* nuncupatum, portabit, & ante ſummum altare Eccleſiae noſtrae iterum

Venerabile Sacramentum recipere, & in Eccleſiam usque ad ſummum altare portare debet, ſic pari modo fontem baptismalem in profeſto Paſchae & Pentecoſtes in Eccleſia *S. Pauli* benedicere & die Paſchae & tribus diebus ſequentibus Veſperas in Eccleſia noſtra primo deinde circa fontem praedictum inchoare & Capitula & Collectas conſuetas cantare debet, ac in die jovis ſancta mandatum obſervabit ac linteo praecinctus manus Canonicorum lavare debet; Verum cum idem Decanus noſtrum omnium Vicariorum paſtor ſit & Praelatus, ideoque Sacramenta Eccleſiae per ſe vel alium quem ad hoc ex Canonicis vel Vicariis ordinaverit, nobis & Vicariis debite miniſtrare ſeu miniſtrari facere debet.

De officio Scholaſtici.

Iuvenes a principio rite in ſcientiis eorum aetati convenientibus atque moribus inſtrui expedit. Nam quod in aetate recenter imbiberunt ad annos maturos provenientes ex teſta inveterata ſapere conſueverunt, hinc eſt, quod ſtatuimus & ordinamus, quod Scholaſticus, cui ex officio incumbit, honeſtum & idoneum rectorem ſcholae juvenibus proficere debeat, qui juvenes nedum in artibus rerum & moribus bonis inſtruat, atque excedentes & inſolentes, ſicut ſaepe accidit, corrigat atque ſingulis ſabbathinis, Dominicis & feſtivis diebus cum ſcholaribus in primis veſperis & ſecundis, atque miſſa, tertia, ſexta & Nona & Completorio chorum viſitet, atque eisdem diebus

primam

primam lectionem legat, & ſecundum verſum canat. Et quia rector ſcholarium modicos fructus percipit, ideoque Scholaſticus eidem ſingulis annis in fine Maji viginti Marcas currentes dare tenetur; Et cum hoc eundem rectorem omnibus emolumentis ſeptem ſociis in Eccleſia noſtra per annum cedentibus, quorum ipſe unus eſt, participem eſſe volumus. Debet & idem Scholaſticus ad congregationem cleri una cum Decano ire, & quod in illis actum fuerit, Capitulo fideliter referre nec non litteras Decano & Capitulo per alios miſſas leget, & ad illas, ſi opus fuerit, & Capitulum juſſerit, reſponſa concipiet, atque alias litteras miſſivas per Decanum & Capitulum emittendas faciet, & Capitulo praeleget; Contractus autem, & alias litteras ac copias quaſcunque expenſis Capituli vel partium ejusdem tangentes facere debet, atque memorias defunctorum juxta deciſionem capitularem infra tempus eidem per nos aſſignandum libro memoriarum inſcribet. Nec non lectiones in choro legendas, ſi Cantor in ſignando easdem haeſitaverit, ex tunc & non alias diſtinguet. Atque die jovis altera cinerum unum honeſtum virum ſecularem aut religioſum diſponet, qui more ſolito Dominis Canonicis & Vicariis in domo Capitulari eadem die praeſentibus collationem ſeu ſermonem faciat, aut ſi ei libuerit, & potuerit per ſe ipſum hujusmodi ſermonem facere non prohibetur.

De officio Cantoris.

Cantor qui perſonalem reſidentiam vigore juramenti per eum praeſtiti facere obligatus eſt in ſummis & Decanalibus feſti per ſe ipſum, ſi ad hoc diſpoſitus fuerit, ſi vero ad hoc diſpoſitus non extiterit, aut alias occupatus fuerit per alium Canonicum chorum regi facere, & chorales inſtruere, corrigere, caſu quo ſe male geſſerint, deſtituere, ac eos ut ad honorem Dei & pro decore & honeſtate Eccleſiae in omnibus horis chorum viſitent & cantent, coarctare, atque cautionem fidejuſſoriam ſufficientem quod fideles ſint, nihilque auferre debeant, recipere, lectionesque in choro legendas per ſe aut dictos chorales, ſi ad hoc idonei fuerint, & non alias ſignare tenetur, ac lampadem in teſtudine qua ad ambitum tenditur, oleo ardentem conſervabit, ac illa tantum in vigilia feſtorum novem lectionum & homiliarum hora octava poſt meridiem incendetur, & usque in finem matutinarum ardebit.

De officio Cellarii & ejus ſtipendio.

Cellarius qui multos fructus, reditus & proventus, penſiones Canones & obventiones Eccleſiae ad ejus officium ordinatos diligentia & labore exactis emonere, extorquere, recipere, & ſublevare, ac res, bona, jura, & libertates Eccleſiae officium ejus tangentes, & per eum inventas in eſſe, conſervare, ac deperdita pro poſſe expenſis tamen Capituli recuperare, ac curtes & aedificia Eccleſiae in civitate ac extra eam ſita ejus officium con-

concernentia visitare & diligenter respicere, ne aedificia ruinosa fiant, sed in debita structura serventur, quodque agri debite colantur, continua diligentia ac opera attendere tenetur, nec multa frumenta sine assensu Capituli vendet. Sunt insuper in Ecclesia *S. Andreae* in toto decem vel octo lampades, quarum quinque in choro, quibus ratione thesaurariae nostrae Ecclesiae perpetuo incorporatae providere habet, ac septem in navi Ecclesiae pendent, quarum una semper ardebit ac duabus ex illis rector altaris *S. Blasii* ac *Agnetis* ac aliis quatuor & quinque semper ardere habentibus Cellerarius de oleo providere habet. Reliquae autem quinque lampades quarum una in introitu januae imaginem *B. M. V.* in introitu chori, quarta ante altare *S. Petri*, quinta vero in Capella *S. Michaelis* respective pendentes semper ardebunt, & illis cellarius providere tenetur, qui pari modo candelam sebacem vel de sebo factam ante Venerabile Sacramentum continuo ardere habentem ac circa festum Paschae singulis annis duas novas tortiscas *) disponet, & cum hujusmodi novis duae antiquae tortiscae in Ecclesia manebunt, ut duae ex illis festivis & novem lectionum, ac aliae duae feriatis diebus in missis tempore elevationis Venerabilis Sacramenti incendantur, Vicarii autem in suis altaribus Candelis quibus in missis utuntur, propriis expensis disponere tenentur. Ab his tamen Vicarii absentes excipiuntur, fructus

*) Tortisca, torticia, tortiscus. magni ponderis candela cerea.

ctus etiam eorum Magiſtro fabricae cedunt, qui etiam ob id onera dictis altaribus & illorum pro tempore rectoribus incumbentia ſubire tenetur. Cellerarius etiam pullos ex Parochiis *Neuenkirchen* nobis circa *Coſmae & Damiani* ac ex *Gommerskirchen* circa *Martini* ſolvendos recipiet, & frumenta juxta antiquam conſuetudinem *Cathedrae S. Petri* diſtribuet, & deinde in die Sancti *Blaſii* feſtum ejusdem *S. Petri ad vincula* proxime (anno elapſo) ſequente computum & rationem reddet legales, & in rationibus reddendis omnes fructus reditus & proventus plene per eum receptos & ſublevatos ſub poena privationis ſtipendii computare tenetur; Et de omnibus reſtantibus tempore quo huic officio praefuit ceſſis Capitulo ſine omni contradictione ſatisfacere tenebitur, niſi in facie illius quod per eum in exigendo emonendo & retorquendo verbis & opere in judiciis & extra illa ſufficiens ac debita ſit facta diligentia docuerit & per hoc & non alias ſe excuſare poterit. jdem per omnes officiatos Eccleſiae obſervari debere cenſemus, tenebiturque idem Cellerarius ſemper & continuo ejus durante officio equum in ſtabulo ſuo aut amici in propinquo habitantis tenere & habere & pro fabro ferreo, quo calceos ferreos illi convenientes facturo, decem & pro pabulo illius viginti quinque marcas monetae rotatae *) unum currum ſtraminum ex curte in *Dormagen* nec non viginti quinque maldera avenae recipiet, & praeter iſta unum plauſtrum vini de vinis inferioribus habe-

*) Räder - albus.

habebit, quod ipſe eligere poteſt, atque nonnullos pullos ex certis curtibus ſublevabit; ſi vero equum continuo non habuerit, ex tunc alium equum cum eidem in negotiis Eccleſiae officium ſuum tangentibus extra civitatem Colonienſem fuerit equitandum propriis expenſis citra detrimentum Capituli diſponet.

De officio Praeſentiarii & ejus ſtipendio.

Praeſentiarius, cui magna pars facultatis Eccleſiae Commendata eſt, multos fructus, reditus & proventus, penſiones, Canones, & jura ratione ſui officii recipere & ſublevare habet, quos & quae diligentia & labore exactis ab omnibus & ſingulis etiam a nobis & quolibet noſtrum ac quibuscunque aliis illos debentibus cujuscunque etiam ſtatus, gradus, vel conditionis ſint exigere, emonere, & extorquere debet, & quia omnes domus Canonicales Eccleſiae noſtrae fuerunt & ſunt certo annuo canone Eccleſiae noſtrae illius officiato ſolvendo olim per illarum poſſeſſores haereditarios oneratae quo non nullae memoriae per eos fundatae extiterunt in eadem eccleſia obſervandae, certi tamen dictarum domorum poſſeſſores canonem quo eorum aedes oneratae ſunt, ſolvere recuſarunt, ſeu ſaltem diſtulerunt per quod animabus defunctorum, per quos hujusmodi memoriae erectae & dotatae fuerunt, grave prejudicium generatur cupientes igitur his opportuno remedio ſuccurrere ne dictorum pie defunctorum animabus egentibus injuria fiat ſed illis conſueta Suffragia debito

debito tempore exhibeantur & fiant & dictus Canon ſolvatur, Statuimus & ordinamus quod quilibet ex nobis aut vicariis noſtris ex domo ſua capitulari aut haereditaria infra & extra immunitatem Eccleſiae noſtrae ſita canonem quem Eccleſia ab eo ſeu ſuo in eadem domo praedeceſſore aliquando recepit & ſublevavit debeat & teneatur hujusmodi canonem infra quindecim dies, terminum ſolvendi conſuetum, proxime ſequentes aut officiato illius ad quem talis Canon & receptio ratione ſui officii ſpectat, cum tempus & locus pro homine interpellent, ſub poena privationis praeſentiarum & Corporis frumentorum unius anni, eo ipſo realiter & cum effectu ſolviſſe debeat, quem etiam vigore praeſentis Statuti dicto termino lapſo ex nunc prout ex tunc ſuſpenſum eſſe cenſemus & ſuſpendimus, *) debetque idem praeſentiarius aedes & curtes eccleſiae in civitate Colonienſi & extra illam ſitas, ex quibus cenſum annuum recipit, viſitare ac illas & alias quaſcunque res, bona, reditus jurisdictiones, jura, libertates, proventus obventiones & Churmadas **) Eccleſiae eum ratione ſaepe dicti officii concernentes in eſſe conſer-

*) Dictis fructibus privatum declaramus.

**) *Churmada*, *Curmedia* ſervitutis ſpecies, quae ejusmodi erat, ut obeunte aliquo obnoxiae conditionis, dominus jus haberet rem, quam vellet, in illius bonis, exempli gratia, equum, veſtem, annulum &c. ſeligere, ſibique aſſerere, antiquis Germanis chur muart dicta. *Roſenthal libr. de feudis c.* 2. §. 39. *c.* 5. §. 131.

Digitized by Google

conſervare, ac deperdita pro ſuis poſſe & noſſe (expenſis tamen Capituli) recuperare ac praeſentias fideliter ac legaliter illas deſervientibus aut ex mandato Capituli & in illius negotiis occupatis ſeu miſſis aut infra emunitatem aut extra eam in domibus Capitularibus infirmitate vera & non ficta oppreſſis, miniſtrare ac quatuor Candelas magnas cereas in miſſis defunctorum ardentes diſponere ac altera Nativitatis D. *Joannis Baptiſtae* ſub poena amiſſionis ſui ſtipendii ordinarii de receptis & expoſitis computum & rationem juſtos & legales reddere debet, & ſi fructus, reditus, canones & penſiones ceſſos tempore rationis ſuae reddendae plene non computaverit per eum receptos & ſublevatos debet nihilominus ipſe hujusmodi reditus & penſiones reſtantes capitulo ſine contradictione ſolvere: aut ſaltem legitime quod per eum in exigendo, emonendo, & extorquendo illos debita verbis & opere in judicio & extra illud exacta ſit facta diligentia, in facie capituli docere & per hoc & non alias ſe excuſare poterit Et idem per omnes officiatos Eccleſiae ſtricte obſervari debere cenſemus, ut per hoc vigiles reddantur ac indemnitati Eccleſiae ac perſonarum debita diligentia omni ſemoto tepore conſulant & ipſi de damno vitando legitime certent Eccleſiae & ſibi ipſis fructum faciendis & praeſentiarius pro ſuo ordinario ſtipendio viginti quinque florenos aureos in auro ac nonnullos ex certis locis pullos recipere habet.

De

De officio Magiſtri Fabricae & Stipendio ejus.

Fabricae Magiſter decorem Domus Dei & locum habitacionis gloriae ſuae diligere ut talis decor obſervetur & locus habitationis gloriae ſuae permaneat attendere tenetur ob id ſtatuimus & ordinamus omne emolumentum undecunque fabricae proveniens ac oblationes in omnibus ſtationibus in profeſto ac feſto *Nativitatis B. M.* ſolus habere & candelas pro illa vice in Eccleſia diſponere, & cum hoc omnes oblationes quae in quibuſcunque feſtis in ſummo altari ante ſummam miſſam fiunt Magiſtro fabricae cedunt, recipere debet. In feſto vero *Sti Remigii* Theſaurarius ſolus oblationes recipit Sed quod in profeſto & feſto *S. Andreae* offertur illud magiſter fabricae & theſaurarius oneribus deductis aequaliter inter ſe dividere debetque idem magiſter fabricae diligenter & ferventer reſpicere & attendere ut miſſae in altaribus vicariorum abſentium quorum fructus ipſe capit, una cum aliis oneribus eisdem altaribus incumbentibus & eorum rectoribus debite celebrentur & fiant, ac altaria hujusmodi & illorum ornamenta & bona conſerventur ac de receptis & expoſitis ſingulis annis in Vigilia omnium Sanctorum ſub poena privationis ſalarii ſui ordinarii computum & rationem legales, reddet & pro ſuo ſtipendio viginti marcas rotatas *) recipiet.

De

*) Rädergelde.

De officio cuſtodum & Campanariorum.

Cuſtodes communi Vocabulo campanarij nuncupati in eorum admiſſione & acceptatione poſſeſſionis ſuorum officiorum praeter ea quae tunc jurando obſervare promiſerunt debent & tenentur ſingulis diebus portam ſeu januam in ambitu claudere & diligenter reſpicere & attendere ne hiſtriones nebulones & illis ſimiles qui frontem perfricuerunt viri ſint aut mulieres in ambitu per noctem maneant ſed eos ſi quos tales invenerint ne in loco ſacro per ipſos aliquid ſaevi criminis quod abſit, committatur, expellere ac Canonicos & ordinarios Vicarios in *ſummo* & *ſacrae Crucis* altaribus celebrare ac miniſtrare & veſtes ſacras ob id in ſacriſtia induere cupientes diligenter & honeſte juvare, pari modo lampades omnes in Eccleſia pendentes debitis temporibus incendere, ut incenſae ſolito tempore ſemper ardeant, operam adhibere, ac cappas Chorum regentibus & ſub utrisque veſperis & matutinis in medio chori diebus feſtorum novem lectionum canentibus honeſte porrigere ac eos hujusmodi cappas induant, adjuvare nec non divino officio finito ſtatim eas ab hujusmodi praesbytero & chorum regentibus recipere, & ſingulas conſuetudines tam in choro & proceſſionibus quam extra illas hucusque obſervatas, eos & eorum ſaltem officia concernentes diligenter & ſine negligentia aut culpa obſervare ac campanas debito tempore pulſare tenebuntur.

De officio Virgiferorum & choralium & certorum aliorum familiarium Ecclesiae.

Non erit familiaris major Domino suo, nec nobis praesentiae, nisi praesentes simus, dantur nec propterea annuere possumus ut campanarii & virgiferi qui familiares nostri sunt, absentes praesentias, vim nomini facientes, recipiant: & ob id statuimus & ordinamus, quod Campanarii & Virgiferi suis officiis in propriis personis praeesse debeant, nisi Domini ex causa rationabili moti officia hujusmodi aut aliquod illorum ad tempus per substitutos idoneos & acceptos fieri toleraverint, ac virgiferi in omnibus stationibus & processionibus praesentes esse teneantur, quodque unus eorum ante crucem & processionem virgulam deferre atque alter cum sua virgula Decanum, aut in ejus absentia seniorem sequi debeat, & nisi istud fecerint nihil eis dandum esse censemus, majorem etiam campanam quoties hoc consuetudine aut institutione Capituli faciendum fuerit, ac tempore tonitrui tam in die quam nocte accidentis campanas pulsari facere juvabunt. Et quoties in stationibus absunt, detrahetur cuilibet virgifero qualibet vice unus albus rotatus, & si pro majori parte anni ad stationes non venerint, nihil eis tam in corpore quam in praesentiis dabitur; Chorales, quorum caterva ut plurimum insolens est, honeste incedent, atque omnes horas tam nocturnas quam diurnas fideliter & diligenter visitare atque ante omnium horarum inceptionem cande-

Digitized by Google

candelas incenſuri praeſentes & primi ac horis adimpletis ultimi candelas extincturi manere atque libros principales officio divino ante & poſt prandium completo ſtatim claudere nec non libellos pro cantu & lectione aliquando neceſſarios adferre, tollere, & illos in capſula eorum clauſos reportare & cuſtodire & de illis rationem reddere tenentur, atque in Vigiliis lectiones legere, & in eisdem Verſiculos & in matutinis primum verſum decantare & antiphonas feriales more ſolito inchoare debent.

De temporibus exhibendarum & examinandarum computationum.

Quandoquidem comperimus nonnullos Eccleſiae noſtrae officiatos, ne dum in emonendis reditibus & proventibus officiorum ſuorum, verum etiam in reddendis computationibus non nunquam negligentes exiſtere. Unde ſaepe fit, quod bona Eccleſiae pereant, & Deo ſervientibus altari miniſtrantibus debita ſubtrahantur alimenta. Hinc eſt, quod nos huic malo obviare cupientes ſtatuimus & ordinamus, quod officiati noſtri diebus certis computationes ſuas in domo noſtra Capitulari, Capitulo ad hoc indicto omnibusque quorum intereſt vocatis, exhibere, & ſi Capitulum juſſerit legere & de ſingulis computum & calculum legales reddere, deque omnibus reſtantiis tempore quo ipſi officiis hujusmodi praefuerint ceſſis Capitulo, ſine omni contradictione ſatisfacere teneantur. Niſi in facie illius, quod per ipſos in exigen-

do, emonendo & extorquendo, verbis & opere in judiciis & extra illa ſufficiens & debita facta ſit diligentia, ſufficienter & legitime docuerint & per hoc & non alias ſe excuſare poterunt. Poſtquam autem computationes hujusmodi ſic exhibitae fuerint, examinatores ad hoc deputati easdem ad ſe recipere computantique infra quindenam proxime ſequentem (objecta ſiquae habuerint) viva voce aut in ſcriptis dare tenebuntur, quae computans infra octo dies a tempore objectionis hujusmodi computandos reſolvet, quibus reſolutis examinatores infra alios octo dies tunc ſubſequentes computandi receſſum ſuum dabunt, quo habito officians praedictus quidquid ex computatione ſuperfuerit, infra quindenam diem, dati receſſus imediate ſubſequentem ad ciſtam Archivij noſtri deponet aut cuilibet quotam ſive portionem ipſum concernentem infra eundem terminum realiter & cum effectu ſolvet, ſub poena ſuſpenſionis a perceptione omnium redituum, proventuum & diſtributionum praebendae ſuae qua nedum officiantes verum etiam examinatores praedictos & quemlibet eorum in praemiſſis aut aliquo praemiſſarum culpabiles ligari volumus, donec & quousque de paritione reali docuerint omni contradictione, delatione & excuſatione remota, Quod autem ſupereſt maxime in praeſentiaria juxta ratam temporis quo quis reſidet, chorum noſtrum viſitavit, & memoriis deſervivit, & non inter abſentes dividi volumus.

Sequun-

Sequuntur nunc dies exhibendarum computationum.

Cellarius computabit in die Sancti *Blaſii*, *) & habebit quilibet Examinatorum duas marcas rotatas.

Praeſentiarius computabit *altera Nativitatis D. Joannis Baptiſtae*, **) & habebit quilibet Examinatorum unum florenum aureum Rhenenſem in auro.

Magiſter fabricae in *vigilia omnium ſanctorum* ***) & habebit quilibet Examinatorum unam marcam rotatam de qualibet computatione.

Rector ſive Magiſter hoſpitalis noſtri die jovis poſt *Laetare* ****) & habebit quilibet Examinatorum duas marcas rotatas.

Si autem aliquando dies faciendarum computationum hujusmodi in diem Dominicam ceciderint, aut alias impedimentum aliquod quominus fieri poterint, evenerit, ex tunc die imediate ſubſequente illas, omni dilatione remota, fieri volumus ſub poena praedicta: & quia nonnunquam propter ſterilitatem paupertatem & ſubinde etiam malitiam hominum, ſolutio ipſis officiantibus poſt exactam & debitam diligentiam differtur & denegatur, unde fit, quod Coloni & caeteri penſionarii nobis & Eccleſiae noſtrae maneant obligati; ſtatuimus & ordinamus, quod dicti officiantes quamdiu in officiis fuerint, & poſt

 illius

*) 3. Februarij.
**) 25. Junij.
***) 31. Octobris.
****) Quarta Dominica Quadrageſimae.

illius ſucceſſores eorundem reſtantias quascunque diligenter emonere, & uti praemittitur extorquere, deque eisdem in computationibus ſuis ſpecialem computum facere teneantur. Et uti circa emonitionem & extorſionem hujusmodi tanto ſint diligentiores & ferventiores decimam ſextam partem reſtantiarum per ipſos receptarum pro tutoribus eorundem ipſis deputamus & per praeſentes aſſignamus.

De collatione, praeſentatione, ac aliis diſpoſitionibus beneficiorum ad Praepoſitum, Decanum & Capitulum ſpectantibus & de oneribus Rectoribus altarium S. Crucis & B. M. incumbentibus.

Collatio Canonicatuum & praebendarum, nec non octo altarium ut puta *S. Sylveſtri*, ſeu *Liberii S. S. Magdalenae & Barbarae. S Ignatii. S. Joannis Baptiſtae. S Dioniſii. S. Martini. S. Catharinae & Capellae S. Michaelis* ac parochialium Eccleſiarum in *Gonnerskirchen*, *Dormagen*, *Newenkirchen & Gelen* ac *Wermerskirchen* Colonienſis Dioeceſis ac Sancti *Pauli* in *Colonia* ad nos Decanum & Capiculum ſpectarunt & ſpectant, duorum vero altarium utpote *Agnetis & Mathiae* ad Decanum & duos Seniores Canonicos ſpectat; Praepoſitus vero ad Eccleſias in *Stockum*, *Plettenberg & Iſerlohe* Colonienſis dioeceſis perſonas idoneas praeſentare, nec non de officiis duorum campanariorum & duorum virgiferorum diſponere, atque altaria *S. S. Georgii* nec non *Vrſulae*, & *Lamberti* conferre habet. Altare vero *S. Heriberti* in hoſpitali poſſeſ-

poſſeſſor primae vicinae domus prope aedes Scholaſteriae verſus occidentem ſitae conferre habet, ac altare *Simonis et Judae* Apoſtolorum poſſeſſor ſecundae domus clauſtralis ab Eccleſia *S. Pauli* verſus conventum Praedicatorum ſitae conferre habet; altare autem *B. M. V.* olim *in Cripta* poſitum Decanus de Conſenſu & voluntate Capituli uni perſonae actu ſacerdoti aut infra annum ad omnes ordines promovendae conferre habet; pari modo Praepoſitus *S. Crucis* altare etiam de conſenſu & voluntate Capituli uni perſonae actu ſacerdoti aut infra annum ad omnes ordines promovendae conferre habet, & proxime dictorum duorum altarium ſcilicet *B. M. V.* & *S. Crucis* Rectores ſicut & omnes alii Vicarii Eccleſiae noſtrae reſidere & ſacerdotes eſſe tenentur aut caſu quo praesbyteri non fuerint, infra annum omnes ſacros ordines recipere tenentur; & dicti duo noviſſimi Vicarii Chorum ſemper viſitare & ſeptimanam ipſos concernentem reſpicere ac omnes horas in illa inchoare, ac miſſam in ſummo altari ac ſeptimana ſequente miſſam animarum pro defunctis ac Capitula & collectas officio divino debite ſervare debent, ſicut & Canonici praebendas ſacerdotales habentes & Decanus ratione ſui Decanatus facere tenentur ac ſub diſciplina ac correctione Decani erunt. Et quam primum eorum ſeptimana finita fuerit & onus in *ſummo altari* & *S. Crucis* pro defunctis & in quadrageſima pro peccatis, in tertia ſeptimana reſpective per ipſos completum fuerit debent ambo & quilibet eorum in ſuis altaribus miſſas ri-

te fieri singulis diebus solitas, nisi de licentia Decani & Capituli ex justo impedimento excusati fuerint, celebrare. Et quia dictorum altarium Vicariae ex fructibus & reditibus duarum praebendarum Laicalium suppressarum fuerunt & sunt erectae & multi alii reditus illis per Capitulum seu membra Ecclesiae adjecti extiterunt & ob id ipsi etiam onera quae eisdem praebendis Laicalibus & illarum possessoribus incumbebant, facere & subire obligantur, ac tempore vindemiarum unus eorum cum deputatis Capituli ad *Bacharacum* pro collectione decimarum vini, sicut olim dictarum duarum praebendarum Laicalium rectores & possessores facere tenebantur si ad hoc deputatus fuerit, ire & utilitatem Capituli & Ecclesiae nostrae procurare debet; alter collega suus *Coloniae* manens suum & sui consocii absentis officium divinum in Ecclesia dicti vicarii absentia ob causam praedictam durante, nullam semper remunerationem a Capitulo aut suo consocio exspectaturus faciet, debent & iidem vicarii capitulum de mandato Decani & Senioris Canonici si Decanus absens fuerit, in quibuscunque causis ecclesiae gratis, in aliorum vero negotiis, tribus acceptis albis in tota Civitate Colonienſi indici, demandatum singulis personis Ecclesiae ad hoc interesse habentibus indicere & fideliter indictum referre Capitulo ac singulis diebus Capitularibus quibus Canonici in Domo Capitulari congregati fuerint, portam seu januam domus capitularis, ne quisquam extraneus, nisi jussus, ingrediatur, custodire debent. Sufficit tamen

men quod alter eorum fores domus capitularis obſervet & capitulum indictum aliis annuntiet tenebitur ſimiliter vel ſimili modo ſemper & quilibet pro ſua quota ambitum quoties opus fuerit mundare, ſeu ſaltem mundari facere, ac in feſtis novem lectionum campanas juvare pulſari facere, & quotieſcunque in choro & capitulo vinum ſumitur ſeu propinatur debent & tenentur ambo ſervire ac eidem Vicarii Dominos praepoſitum & Decanum in ſtationibus reſpicere ac illis adeſſe atque eos Cappis induere & exuere & in ſolemnitatibus magnis eis in officio divino per ipſos celebrando aſſiſtere.

De Ceremoniis in divino officio obſervandis.

Sicut multitudo ordine carens ruit ita eadem debito ordine inſtructa viget & conſervatur, & id maxime in Eccleſiis in divino officio, in quibus ceremõniis & ordine debitus honor Deo Altiſſimo & ejus Sanctis debite exhibendus eſt, obſervare convenit, hinc eſt quod ſtatuimus & ordinamus quod Canonici & Vicarii in omnibus & ſingulis diebus Sabbatinis & profeſtis & feſtis ſanctorum in choro & foro celebribus in primis Veſperis & die ſequente ante primarum & Secundarum Veſperarum inceptionem in navi Eccleſiae ſimul decenter ſine deambulatione & confabulationibus convenire & ſcholaribus praecedentibus proceſſionaliter cum Decano capitibus Venerabili Sacramento & ſummo altari reverenter inclinatis chorum ingredi debeant, & eadem inclinatio per

quemlibet ad alias horas chorum ingredientem ſemper. et nulli in matutinis prima ac Veſperis & completorio chorum exire conceditur niſi infirmitas & alia neceſſaria cauſa eum exire coarctaverit, eo enim caſu a Decano ſi praeſens fuerit, aut ſeniore in illius abſentia licentia petita in nomine Domini exire permittitur, ſi vero Decano aut ſeniori faciliter loqui non poſſit, quia illi duo in uno & ipſe in altero lateribus aut in eodem latere longe ab eo ſtarent, ita quod hujusmodi licentia peti non poſſit, niſi aliqua divini cultus perturbatio fieret, ſuum vicinum ei aſtantem rogabit, pro eo officio divino peracto licentiam modo praemiſſo (ne ex contemptu exire videatur) petat Dennus tamen a nullo neque ſeniore ſaltem in abſentia Decani licentiam hujusmodi petere debet; Et ſi quis matutinis inceptis ante Laudes neceſſario exire habuerit in illis donec cantus *Te Deum Laudamus* Verſiculus ante laudes finiti ſint, manebit. Poteſt tamen quis ſub his horis cauſis praedictis aut altera illarum occurrentibns armurium petere & alteri loqui & hoc facto iterum chorum & horas ingredi, Rector vero Capellae ſeu altaris *S. Michaelis* familiae noſtrae curator in feſto celebriori ſexto reſponſorio in matutinis decantato exire poteſt, is enim Dominicis diebus & aliis principalibus feſtis mox matutinis finitis celebrare & familiae verbum Dei facere & nulli poſt finem primi pſalmi tam in veſperis quam prima & completorio chorum ingredi fas eſt. In tertia autem, ſexta & nona cauſa honeſta militantibus id fieri toleratur.

Can o-

Canonicus vero aut Vicarius evangelium cantaturus evangelio cantato ante pulpitum in medio chori ſtans ſe ter primo ob honorem Dei verſus venerabile ſacramentum & ſummum altare deinde in ſignum reverentiae verſus latus dextrum quod Praepoſiti dicitur, tertio verſus latus ſiniſtrum quod Decani, inclinare tenetur. Si vero Praepoſitus abſens & Decanus praeſens fuerit, primo ad latus Decani ob ejus praeſentiam deinde Praepoſiti ſe inclinabit. Exinde altare acceſſurus & Diaconus & Subdiaconus ſacerdoti miniſtrantes devote illi adſtare & minime de uno loco ad alium ire debent, niſi propter paucitatem perſonarum in cantu choro adjutorio fuerint. Pari modo nemini de uno choro ad alterum ire permittitur, ſed quilibet in loco ſuo honeſte & devote prout Deus inſpiraverit, cantans manebit; ſi vero cauſa rationabilis alterum accedere juſſerit, retro pulpitum circa quod regens chorum ſtat, caput ad altare inclinaturus iter faciat, chorum tamen regenti de uno ad alterum chorum ex transverſo ire & pſallentes in cantu ſi opus fuerit, concordes reddere, incedere licitum eſt. Nullae tamen per quemcunque confabulationes per quas canentes & officium divinum impediri poſſint, fient; ſi tamen in canendis horis vel miſſa in cantu defectus inciderit, eo momento ſuccentor vel alter melius in arte canendi peritus modeſte & dulciter hujusmodi defectum ſupplere debet. Et quando Epiſtola & Evangelium canitur aut lectiones in matutinis vel vigiliis leguntur aut duo *Allelujа* canuntur, nemo

chorum

chorum in - aut egredi aut in eo loco ambulare praesumat, ac totus chorus sacerdoti majus altare cum Diacono & Subdiacono aut sine illis accedendo missam celebraturo ac in illa finita redeunti capite coarcto reverenter assurgere debet, id idem Diacono per chorum eunti Evangelium cantaturo ob reverentiam sancti sermonis ab ore Altissimi effluxi & eo *sequentia Sancti Evangelij* inchoante in choro existentes nudis Deo & altari summo inclinatis capitibus *Gloria tibi Domine* responsuri sunt & deinceps facibus ad Diaconum versis stantes Evangelium usque in illius finem cantari audient, & quando *magnificat* in Vesperis, & *benedictus* in matutinis canitur, omnes in choro denudatis capitibus usque in illorum finem stabunt. Et quando *Gloria patri* tam in his quam singulis aliis canticis & psalmis canitur, omnes capita sua Deo & altari inclinabunt, in elevatione corporis Christi & Symbolo dum canitur: *& homo factus est*, per omnes genua ad humum seu pavimentum humiliter flectendo & capita denudanda sunt, & singularis devotio ob amorem & charitatem Domini nostri *Jesu Christi* pro nobis incarnati & in manibus sacerdotis praesentis adhibenda est & si post elevationem statim nonas cantari contingat omnes usque in finem missae ob reverentiam tanti Sacramenti, stabunt praeterea in *Vesperis*, *completorio matutinis prima tertia*, *Sexta*, & *Nona* quando nocturnus observandus est & omnes in choro existentes flexis genibus horas praedictas incipiunt & ad genua modo premisso provoluti donec in Vesperis

speris & Completorio psalmus in matutinis: *Venite* ac aliis horis hymnus inchoatus fuerit manebunt, & in omnibus his horis singuli, dum preces leguntur, genua sua flectent & eadem flexa donec per Sacerdotem post Elevationem *per omnia saecula saeculorum* dicatur tenebuntur. pariformiter quando nocturnus observatur & Jubilus ille Angelicus: *Sanctus* canitur aut legitur, omnes genua sua flectent, & eadem flexa donec per sacerdotem post elevationem *per Omnia Saecula Saeculorum* dicatur tenebunt; in aliis autem diebus Decanus Canonici & Vicarii (ne disparitas in Choro appareat) simul stabunt nisi infirmitas aliquem ab hoc excusaverit & choro ad genua provoluto nulli chorum in aut egredi licet: Armarium tamen ingredi permittitur quia per hoc chorum ingressum fuerit fuisse censebitur: pari modo in missa aminarum quando nocturnus observatur omnes se ante elevationem Venerabilis Sacramenti ad genua provolvent & ita donec per celebrantem cantus *per omnia saecula &c.* inceperit, provoluti manebunt & interea nulli sine causa necessaria ingredi aut exire licet si vero quis in armario praesens fuerit & chorus genua flexerit huic Ecclesiam exire conceditur, chorum vero ingredi interdictum sit, ne quisquam in Choro in & sub divinis officiis dissolutus erit, aut moribus incompositus se illis immiscere debet, & quia Decanus Exemplar Canonicorum & Vicariorum atque oculus chori est & ob id singuli eum ut speculum intuebuntur ac illo stante stabunt ipsi, & eo sedente ipsi studebunt

sedere

ſedere & cum aliis veſtibus in choro & aliis in plateis beneficiati utantur, debet quilibet Canonicus beffam *) canonicalem ſeu coloris rubei aut albi juxta ſuam Praebendam quomodo Canonici Civitatis Colonienſis loco beffae utuntur habere & Evangelium Epiſtolam, lectiones in matutinis & Vigiliis legens hujusmodi beffa, ſi velit, uti poteſt, ac pro honeſtate Eccleſiae ſinguli Canonici & Vicarii ſuperpellicea in manicis clauſa & duo principales praedicti nec non omnes & ſinguli Vicarii Eccleſiae noſtrae pro beffis quibus olim uti ſolebant, modo colerea prout Canonici griſei tamen coloris habere & illis ſemper & continuo in Eccleſia & proceſſionibus tempore conſueto ſub poena ſuſpenſionis omnium praeſentiarum uti tenebuntur, donec ſe huic noſtro ſtatuto & ordinationi hujusmodi colerea deferendo conformes reddant; ſi vero aliquis de gremio Eccleſiae noſtrae ex choro prout ſaepe contingit ad loquendum cum aliquo in & ſub horis vocatus fuerit, ad partem Eccleſiae extra faciem chori ne a pſallentibus videatur, exire permittitur, niſi ſub prima aut completorio vel matutinis ante laudes fuerit, tum enim hoc non conceditur, niſi altera cauſarum praedictarum pro evocato exire volente militaverit Inſuper Epiſtolae vel Evangelicae lectiones *Alleluja* antiphona Reſponſoria, Verſiculi denudatis capitibus ad honorem Dei & Patroni noſtri mitiſſimi *S. Andreae* incipientur, ac in lectione ſeu cantu pſalmorum ſemper in medio cujuslibet verſus pauſae ſervan-

*) Habitus chori ſingularis.

ſervandae ſunt, quae in feſtivitatibus ſolemnibus longae, in aliis diebus breves, in Vigiliis vero breviſſimae, ita tamen, quod pauſae ſemper ſerventur. In Vigiliis tamen in profeſto commemorationis animarum ac exequiis Canonici aut alterius commendati peragendis, longiſſime obſervabuntur. Et ne proviſiores chori nimium graventur, nullas lectiones in matutinis, ac collectas legent, niſi ob defectum perſonarum hoc faciant, & modus legendi lectiones verſusque canendi eſt iſte: chorales omnes lectiones in Vigiliis legent exceptis octava, quam ſubdiaconus junior, & nona quam Diaconus leget. In matutinis primum tantum ac in Vigiliis primum ſecundum quartum quintum ſeptimum verſus canent, tertium vero verſum in vigiliis junior ſubdiaconus reſidens, ſextum junior Diaconus, nonum autem junior Canonicus ſacerdos cantabit, in profeſto vero commemorationis animarum ex exequiis alicujus canonici ſeu aliarum ſolemnium perſonarum ſoli Canonici primas octo lectiones in vigiliis legent, & totidem verſus canent ac Decanus nonam lectionem leget ſive homilia aut trium ſive novem lectionum feſtum in die non celebri ſervatur junior Canonicus primam lectionem leget & ſecundum verſum cantabit, ſi vero feſtum novem lectionum celebre fuerit non tamen ſolemne, Rector Scholarum primam & ipſe ſubdiaconus ſecundam lectionem leget, & tertium verſum cantabit, ſi autem novem lectionum & ſolemne & Decanale fuerit, idem ſubdiaconus primam lectionem leget,

& duo chorales primum verſum ac Cantor & illius Collega chorum regentes ſecundum verſum cantabunt, ac Decanus tertiam lectionem leget, & nunquam per eum in matutinis verſus cantabitur, ſed duo Diaconi ſeniores primam & ſecundam lectionem legentes tertium verſum ſimul cantabunt, & Decanus ſemper in omnibus feſtis novem lectionum tam dierum celebrium quam non celebrium ac homiliarum omnium feſtorum novem aut 3 lectionum ultimam lectionem leget, & in feſtis Decanalibus inceptio antiphonarum & pſalmorum a primis veſperis usque ad ſecundas incluſive a latere D. Praepoſiti ſemper fiet, aliis autem diebus nunc in iſto tunc in altero chori latere per Canonicum ſeniorem illius lateris hujusmodi antiphonae & pſalmi incipientur.

De Vigiliis cantandis a meridie & deſervitione praeſentiarum in ſingulis horis ſtatutum novum.

Pro divinorum officiorum augmentatione & negotiorum occurrentium commodiori expeditione ſtudiorumque promotione in Capitulo generali *Felicis in Pincis* *) in hunc usque diem continuato diverſis tractatibus praehabitis Capitulo ſpecialiter indicto, & omnibus qui intereſſe debuerunt vocatis concluſa ſunt per nos Decanum & Capitulum Sancti *Andreae* Colonienſis infra ſcripta in primis cum in ſtatutis provincialibus Colonienſibus cautum ſit, quod Vigiliae mortuorum hora ſeptima cantari conſueverant, tempore pomeridiano ad

*) Die 14. Januarij.

ad horam circiter ſecundam incipi debeant, ut ante preces veſpertinas compleantur. Nos volentes hujusmodi ſtatutis nos conformare & praecavere ne Canonici Vicarii & chori ſocii a frequentatione lectionum praecipuarum auditione concionum & celebrationibus impediantur. Volumus, quod poſthac a meridie vigiliae abſolvantur, & praeſentiae juxta laudabilem conſuetudinem Eccleſiae noſtrae per Canonicos in iisdem deſerviantur, Vicarii vero a principio usque ad verſum: *lauda*, aut eo cantato deinceps usque ad finem vigiliis & mane primae intereſſentes qualibet vice tres obulos currentes (ſalvis interim memoriis aliter & pro majori eorum commodo fundatis) deſervire debeant, duo autem vicarii *Crucis* & *B. M.* qui magis ſunt onerati ſi vigiliis a principio usque ad finem & mane primae interfuerunt, habebit quilibet eorum ſex obulos currentes in matutinis autem & ſummo ſacro ſinguli vicarii habebunt per totum annum qualibet vice tres obulos monetae ejusdem. Et cum in Veſperis decantandis rarus ſaepe fuerit Canonicorum numerus, volumus quolibet die inter canonicos hujusmodi decantationi intereſſentes diſtribui tres albos rotatos, item in matutinis & miſſa quilibet canonicorum ſolidum rotatum in prima tres & in nona tres in tertia vero obulum cum dimidio & in ſexta totidem, ſi praeſens fuerit & cantaverit, promerebitur.

Item volumus ſingulis feriis quintis (niſi feſtum duplex aut in foro celebre vel octava paſchae Pentecoſtes aut *Nativitatis Chriſti* incidat)

capitulum ordinarium apud nos ſervari & cuilibet eidem a principio usque ad finem (niſi a Decano vel eo abſente Seniore licentiam obtinuerit recedendi) intereſſenti tres albos rotigeros dari; quorum Secretarius noſter ut actus capitulares praeſens annotet particeps quoque erit aliis diebus, niſi Dominus Decanus ob urgentes cauſas indixerit (ſalvo tamen Capitulo generali) non ſervabitur, & dum hujusmodi capitulis alia negotia tractanda non occurrunt Statuta Eccleſiae noſtrae & ea quae in provincialibus Synodis decreta & ſcitu neceſſaria ſunt etiam interdum (dum Decanus juſſerit) vicariis vocatis per Scholaſticum legentur ne quis eorum ignorantiam praetendere & ſe in aliquo excuſare poſſit.

Item cum quaedam diſtributiones in feſtis infra ſcriptis pro memoriis eorum quibus in libro memoriarum adſcribuntur fieri debeant & aliquamdiu propter gravamina ratione Eccleſiae noſtrae Bacharacenſis tunc incumbentia intermiſſa ſint, eaque cum ceſſent idcirco eosdem deinceps fieri & Canonicis praeſentibus diſtribui volumus, in die paraſceves in matutinis unum malderum Siliginis.

In die paraſceves in matutinis 1. mald. Siliginis In die Sacramenti in primis Veſperis, matutinis, & miſſa 1. mald. Siliginis.

In feſto Nativitatis S. Joannis Baptiſtae in primis & ſecundis veſperis matutinis & miſſa 2. mald. Silig.

In die conceptionis B. M. V. in primis Veſperis matutinis & miſſa 1. mald. Silig.

In

In die Catharinae in primis Veſperis matutinis & miſſa 2. mald. Silig.

Praetactam vero ſiliginem pecuniasque pro precibus veſpertinis ex celleraria reliquas pro miſſis horis & memoriis ex praeſentiaria ac alias uti conſuetum eſt ſolvi volumus.

Ita Capitulariter Concluſum die Sabbathi ultima Januarii. Anno 1368.

De Licentia per Canonicos & Vicarios civitatem exeuntes a Decano petenda.

Quilibet ſuo ſuperiori, cui juramento aſtrictus eſt, reverentiam obedientiam & honorem debitos impendere tenetur melius eſt enim obedientia cunctorum bonorum radix & origo quam victima in bello enim contra praeceptum ducis exercitus res etiam proſpere agentes puniuntur. ac uti incolumitas eſt obedientiae ibi & ſaepe firma Doctrina reperitur, hinc eſt quod ſtatuimus & ordinamus quod Canonicus vel vicarius in cauſis propriis aut alienis civitatem exire volens debeat & teneatur a Domino Decano ſi praeſens foret, Canonicus per Canonicum vicarius per vicarium licentiam petere ſi Decanus poſtquam Canonicus vel vicarius civitatem exivit Capitulum diſciplinae indici fecerit, non debet talis civitatem exiens in hujusmodi Capitulo inobediens ſi ſaltem uni ex confratribus ei licentiam a Decano peti commiſerit, cenſeri, nec ei, ſi forſan ille cui commiſſionem licentiam hujusmodi petendi dederat, ſegnis repertus, illam iſta aut altera die petere neglexerit in aliquo

oberit, quia id quod debuit fecit & quia Canonici & vicarii in his saepe numero & aliis excedunt, ac civitatem nulla pro eis a Decano petita licentia exeunt & si super hoc Vicarii per Decanum impetiti fuerint per Diaconos ad id vel aliud ut faciant, condemnari debent & sententie hujusmodi parere nolentes & ab ea temere appellantes a communi fratrum (casibus tamen a jure expressis exceptis) perceptione fructuum fabricae, donec Sententiae diaconorum pareant, suspensi erunt canonicus vero absque hujusmodi licentiae petitione in propriis aut extraneorum negotiis civitatem exiens & ultra unius mensis spatium extra civitatem existens, & in via moriens fructibus duorum annorum gratiae carebit, qui pari modo fabricae cedent. & si Decano placuerit poterit eo modo canonicum ultra mensis spatium absentem & revertentem desuper impetere & diaconi requisiti justitiam Decano illum in isto vel illo (non tamen ad carceres) condemnandum administrabunt.

De Modis & formis in Capitulo disciplinae tenendis & observandis.

Nervo disciplinae rupto seu neglecto honor, obedientia, & reverentia tolluntur, timor Dei & cultus divinus pariter & facultates sacrarum aedium pereunt ac disciplina juxta decreta & constitutiones a SS. Patribus edita, vigens cuncta in spiritualibus & temporalibus Deo clementer disponente prospere experientiam facti hoc docente aguntur, Et ea propter praelatus, cui cura animarum

aliorum

Digitized by Google

aliorum a Deo commiſſa eſt, ut diſciplina debite ſervetur ac in eadem primo exceſſus notorii & ſcandala per eum corrigantur & virtutes inſerantur, ac deinde divinum officium ac poſtremo ea quae exteriorum decorem honeſtatem, & utilitatem Eccleſiae concernunt, in melius reformentur, attendere habet, nam ſi malos corrigat ac illos & alios verbis & opere bonis inſtruat, Dei miniſter efficitur & quoties negligenter dominicum gregem ei commendatum paſcit, toties ſummum paſtorem non amare convincitur. Et quia capitulum generale ordinarie in Eccleſia noſtra ſemper in feſto *Felicis in pincis*, aut die ſequenti vacanti, ſi feſtum in Dominicam inciderit, ſine indictione cum canonicis primo deinde Vicariis ſucceſſive obſervatur, Hinc eſt quod ſtatuimus & ordinamus quod Decanus, qui in capitulo diſciplinae accuſator & ſententiarum Diaconorum deſuper latarum executor eſt, capitulum diſciplinae obſervare volens debeat in omni cauſa diſciplinae primis veſperis & completorio intereſſe & finito completorio capitulum ad diem ſequentem ad horam capitularem conſuetam per vicarios altarium *S. Crucis & B. M.* ad hoc obligatos aut alterum illorum indici facere, excepto capitulo in dicto feſto *Felicis in pincis* quod ſine indictione hujusmodi fiet, in omnibus tamen aliis capitulis diſciplinae talis indictio fit, & ſic facta ſufficiens cenſebitur ac Decanus in primis Veſperis & completorio ac die ſequenti in qua capitulum obſervandum eſt, & ſingulis aliis diebus, quibus capitulum diſciplinae obſervare intendit,

tendit, in matutinis, prima, Vigiliis, missa animarum & commendatione praesens esse tenetur, missa animarum & commendatione finitis canonicus qui missam celebravit ac Diaconus & subdiaconus qui ei ministrarunt, commendatione lecta donec vestes sacras, quibus induti fuerunt, se commode exuant, exspectabuntur, quibus praesentibus omnes Cappis aut Superpelliceis juxta qualitatem temporis induti, per ordinem Decanus primo & deinde senior & successive quilibet in ordine suo usque ad novissimum Domum Capitularem ingredietur, ac novissimus ostium domus capitularis ita intus obserabit ne quisquam inopinate dicto capitulo durante Domum capitularem intrare aut Capitulum hujusmodi perturbare queat. Sic ostiis undique clausis honestum silentium observabitur, atque Decanus in suo & fratres utriusque lateris in eorum locis stabunt, ac Decanus statim dicet: *pretiosa in conspectu Domini*, & respondebitur a fratribus: *mors sanctorum ejus*, & subjunget Decanus: *exultabunt sancti in gloria:* responsuri sunt fratres: *laetabuntur in cubilibus suis*, continuabit Decanus, dicens: *Oremus beata Maria Mater Domini nostri Jesu Christi &c.* & in calce hujusmodi collectae fratres *Amen* respondentes dicturi sunt. mox Decanus & deinde fratres utriusque lateris sedebunt. Et Decanus in latere dextro, quod Praepositi dicitur ab uno, qui in hujusmodi latere senior fuerit, an aliqui absentes sint exquiret; qui visis in latere suo praesentibus quos absentes in illo cognoscet, nominabit, quos

&

& Decanus accuſabit, & id idem in altero latere, quod Decani appellatur, fiet, auditis abſentium nominibus, ſi qui ſint, Decanus uni ex Diaconis ſententiam committet, ut ille & omnes alii Diaconi deliberent, ac de illis ſententiam ferant, Decanus igitur hujusmodi commiſſione facta & alii Diaconi cum eo ſurgent, & ad locum ſecretum conſuetum ibunt deliberaturi ac ſe in prolatione ſententiae uniformes reddent; quo facto ipſi ad ſua reverſi loca ad requiſitionem Decani Diaconus cui commiſſio ſententiae facta fuit, illam de aſſenſu omnium Diaconorum feret, quae ſemper talis erit: *Diaconi omnes & ego N. eorum confrater Diaconus per Decanum ad hoc deputatus Commiſſarius abſque legitima cauſa & fine licentia Decani abſentes neque in negotiis Eccleſiae conſtitutos, aut infirmitate oppreſſos ſuſpenſos* *) *cenſemus.* Sententia hujusmodi delata Decanus eam approbans & executioni demandans dicit: *ſuſpendimus.* Et univerſi fratres in locis ſuis ſedentes manebunt, ac Vicarii qui foris ante oſtium exſpectare tenentur, juſſu Decani per juniorem Canonicum ſubdiaconum in domum Capitularem introducentur, quibus introductis Decanus de abſentibus utriusque lateris exquiret, quos & accuſabit & deſuper ſententiam per Diaconos ferri petet, ac praeciſe uti ſupra de Canonicis determinatum eſt, contra Vicarios procedet, quo peracto Dominus Decanus & omnes fratres ſurgent, quibus ſtantibus Dominus Deca-

*) A fructibus ſive eisdem privatos &c. de qua diſciplina alibi.

Digitized by Google

nus disciplinam concludens, psalmum *de profundis* incipiet, & fratres per alternos versus respondebunt, deinde submissa voce *pater noster* legens, in cujus calce Dominus Decanus dicet: *& ne nos inducas &c.* fratribus respondentibus *sed libera &c.* continuabit Decanus legens: *Retributor omnium bonorum &c.* & fratres ad id respondebunt: *Amen.* et eo modo disciplina finitur & abire cuilibet permittitur: si autem Decanus eodem Capitulo disciplinae durante aut alio quocunque capitulo disciplinae, quocunque tempore observato hunc vel illum de excessu vel negligentia impetere aut accusare voluerit, debet ipse pari modo die praecedente in Vesperis & completorio fuisse & Capitulum contra illum singulariter, quem impetere seu accusare intendit, indici fecisse, atque matutinis & primae diei vigiliae missae animarum & Commendationi qua Capitulum hujusmodi observaturus est, eo, sicut praemissum est, modo interfuisse; Et his sic per Decanum gestis, quem tunc impetere seu accusare proposuit, nomine & cognomine propriis nominabit, qui mox de suo loco genua humiliter flectens surget, nisi forsan impetitus illo mane missam celebrasset, quia ab illo propter reverentiam sacrificii non exigitur prostratio ad veniam & hoc peracto impetitionem Decani auditurus stabit, & id singuli eo modo impetiti facient, nisi impetitus ob defectum quo oppressus est id facere non possit, in conspectu tamen Decani impetitionem contra eum edendam stabit auditurus, Decanus vero alta voce fratribus utriusque lateris

audien-

audientibus actionem seu causam quare contra talem capitulum disciplinae indici fecerit seu accusare intendat, edet. Impetitus autem causa seu actione contra eum per Decanum edita tacens solo nutu capitis vel manu uni ex Diaconis signum faciet, quem pro eo loqui & pro excusatione sua ad proposita Decani verba facere velit. Diaconus ita per impetitum electus simili nutu Decanum ut ei pro impetito locus concedatur, respicere habet, & Decanus nutu annuere solitus est. His peractis Diaconus dux verbi electus per impetitum in aure modeste quid pro eo & accusatione sua eloqui debeat, instructus ut pro accusati excusatione ad proposita Decani palam referat, causa hinc inde sufficienter audita & pensata Decanus uni ex Diaconis, cui voluerit, sententiae prolationem committere debet, ut is & alii Diaconi tali nempe commissione facta ad locum secretum seorsum recedant, & de hujusmodi causa deliberent, & tandem deliberati ad sua loca revertentes Decano in suo loco immobiliter praesidente omnibus sic in locis suis sedentibus Diaconus, cui commissa sententia fuit, Decano dicet, an sententiam Diaconorum audire & ferri velit, qui respondens dicit, se hoc petere, tunc sententiam Diaconus in hunc qui sequitur modum feret dicens: Domini Diaconi communiter omnes & ego N. impetitionem seu accusationem Decani & responsionem impetiti ac aliis meritis causae hinc inde per nos auditis & masticatis attentis impetitum ab actione seu impetitione Decani absolvimus, vel ipsum in hoc vel

illo condemnamus, talem poenitentiam ei injungentes & Decanus ſententiam ſi condemnatoria fuerit, executioni demandabit, ſi vero de meritis cauſae pro ea vice plene ipſis non conſtiterit, aut dubia fuerit, terminum deliberandi, ne cuiquam injuria fiat, ſument.

Etſi impetitus per ſententiam ſe gravatum praetendens appellare voluerit, ſolum ad univerſales illuſtres Dominos Decanum & Capitulum Eccleſiae Colonienſis appellabit & coram illis appellationem Decano ad hoc vocato proſequetur, ſi velit & interea pro ſuſpenſo donec ſententiam Diaconorum in toto aut parte retractari fecerit, tenebitur, nec Diaconi pro parva negligentia in horis aut debiti ſacri ordinis omiſſione commiſſa accuſatum & convictum ad carceres judicabunt, ſed aliam ei poenitentiam congruam, utpote orationum, abſtinentiae, poenae pecuniariae, ſeu eleemoſynae aut humiliationis, prout juxta qualitates delicti eis expedire viſum fuerit, injungent. Per Decanum autem impetitus & ad carceres per Diaconos judicatus debet per illum, cui Decanus ſententiae prolationem commiſerat, in illas duci & appellans abire tenetur, quem Canonicus junior ſequi & oſtium eo egreſſo claudere tenetur. Et hujusmodi rebus ſic geſtis Dominus Decanus & omnes fratres ſurgent, quibus ſtantibus Decanus diſciplinam modo praemiſſo praeciſe concludet.

De

De Conditionibus & legibus in ſublatione ſuſpenſionis de Canonico aut Vicario factae ſententiae Diaconorum parere volente, & cum ſuſpenſo hujusmodi ſententiae parere recuſante, tenendis & obſervandis.

Per quascunque cauſas res conſtituitur naturale eſt, ut per easdem diſſolvatur, & cum in Capitulo diſciplinae certa lex data ſit & in illo aliquando nonnulli per Dominum Decanum accuſati ſeu impetiti & per ſententiam Diaconorum ad carcerem judicati aut ab officio & beneficio ſuſpenſi vel alia poena juxta qualitates exceſſuum condemnati appellant & eorum praetenſis appellationibus confidant, aut ſuſpenſiones tolli & ſententiae hujusmodi parere volentes reperiuntur ob id ſingulis certa norma quomodo cum ſuſpenſis parere cupientibus & cum reliquis illud facere recuſantibus agendum & procedendum ſit, detur, ſtatuimus & ordinamus quod Canonico aut vicario ab officio & beneficio ſuſpenſo nulli fructus durante ſuſpenſione miniſtrari ſed illi fabricae cedere debeant, nec in divinis neque infra imunitatem cum fratribus congregatis comparere debet, et ſi ex eventu ad fratres congregatos eum venire ſeu illorum coetum pertranſire contigerit, ſtatim recedere tenetur, & ſi ſuſpenſus Canonicus ſit aut Vicarius, ſententiae Diaconorum parere & ſuſpenſionem tolli deſiderans Capitulum diſciplinae per Dominum Decanum (ut qua ſolemnitate ſuſpenſio proceſſit, eadem & tollatur) indici petet ac Capitulo indicto ac Decano & fratribus Capitulum ingreſſis & *pretioſa*

tioſa ut ſupra lecto & Dominus Decanus ſedentibus fratribus ſuſpenſum ante januam ſtantem per unum ex Diaconis introduci faciet, qui ſic juſſus capite denudato ac cappa nigra ac ſuperpelliceo ſub illa indutus facie capitio cappae velata virgam ſub cappa manibus gerens Capitulum ingredietur, & ſe coram Domino Decano veniam petiturus ad genua proſternet, ac deinde coram eodem manens ſurget. Quo facto Dominus Decanus Diacono committet, ut virgam a ſuſpenſo recipiat, & eum ad carcerem corporali diſciplinae ſubjiciens deducat in finem ut ſententiae Diaconorum pareat, & paritione facta relaxetur, & interea honeſtum ſilentium ſicut in Capitulo diſciplinae in quo ſuſpenſus judicatus erat, factum fuit, ab omnibus obſervandum eſt, & ſilentium hujusmodi inſolenter & temerarie rumpens & a Diacono propterea impetitus eadem diſciplina ad carcerem judicandus aut alia poena ne impunitus evadat, plectendus eſt. Nec Dominus Decanus ordinem praedictum in Capitulo diſciplinae omittet: ſine omni rancore procedet, neque verba reprehenſionis paſſione motus ſine judicio Diaconorum effundet, & aliter motus id vel alius praecipiens diſciplina pro illa vice interrumpetur, quia legem quam in alio in hoc ſtatuere decrevit, eandem & ipſe ſervare debuit, ad carcerem autem per Diaconos ad certum tempus judicatus in ſententia expreſſum tenebitur, donec illud effluxum ſit, exſpectare, ad carcerem ſub gratia Decani judicatus & per eundem in illo viſitatus ac a carcere relaxatus & liberatus cenſendus

eſt,

Digitized by Google

eſt, & quamvis carceri adjudicatus pane & aqua contentus eſſe deberet, nihilominus de licentia Diaconi carnibus veſci licebit, & hujusmodi licentia absque magna cauſa per Diaconos ponderanda & judicanda negari non debet, & ſi Decanus qui inter confratres vinculum charitatis & decor Eccleſiae eſſe, & inferiores docere tenetur, quemquam ex confratribus aut membris Eccleſiae ſuper eo in quo ipſe Decanus notorie exceſſiſſet impetierit, debent Diaconi ſententiae prolationem differre, ac Decanum ſecrete ac cum humilitate & manſuetudine juxta praeceptum Domini pie obſervare & hoc impedimentum & exemplar hujusmodi pernitioſum tollere & aliis bonum exemplar praebere dignetur, & illo facto ſententiam ferent.

De vocatis in jus coram Decano & Capitulo.

Honeſtas inter confratres ſervanda eſt, idque unus alteri quod ſibi ipſi fieri velit, faciet, quam ob rem ſi aliquis de gremio ad inſtantiam alicujus membri Eccleſiae aut extranei coram Capitulo in cauſis profanis in jus vocatus fuerit & debitum ex propria confeſſione aut alias liquidum apparuerit, benigne per capitulum pulſandus eſt, ut ſuo creditori ſatisfaciat, aut illum contentum reddat, quod ſi facere contempſerit aut contumaciter neglexerit, quindecim dies peremptorie debitum ſolvi ſub poena ſuſpenſionis fructuum ei injunguntur, & poſt lapſum dictorum quindecim dierum inhabilis ad deſerviendum aliquos fructus

ſui

ſui beneficii donec hujusmodi decreto paruerit cenſetur, & dicta durante ſuſpenſione fructus fabricae cedunt, iſte tamen ab officio & beneficio ſuſpenſus non intelligitur & ſi Decanus & Capitulum actorem juſtam cauſam fovere & reum temerarium eſſe expreſſe ſenſerint poteſt & ille in altero Capitulo ab officio, &, ſi magis temerarius extiterit ab officio & beneficio ſuſpendi & quidquid loco poenae alicui de gremio Eccleſiae aut vigore ſuſpenſionis ſeu negligentiae chori aut alias imponitur & recipitur totum id fabricae cedet. verum cum nemo ultra vires compelli & urgeri debeat & in omnibus aequitas ſervanda ſit, praeſenti ſtatuto decernimus quod ſi reus propter rei familiaris anguſtiam & tenuitatem ſolvendo non fuerit & progreſſu temporis libenter ſolvere velit, ex tunc contra illum adeo rigoroſe non procedetur ſed terminos gratioſos, prout aequitas res & tempus poſtulabunt, concedendos fore putamus, intra quos actori ex fructibus & proventibus beneficii ſeu beneficiorum ſuorum, quos deſervierit ſolvere teneatur, & Decano abſente ſenior in capitulo in omnibus occurrentibus exceſſibus per membra Eccleſiae commiſſis facere, Et Decanus qui norma honeſtatis eccleſiae ac pacis & virtutum amator eſſe debet ſi quae inter confratres diſſenſiones exortae fuerint, debet & ipſe & Capitulum illico illas de medio tollere, & contendentes ad concordiam reducere, aut ſi id non poſſunt, eos ſub poena ſuſpenſionis a praeſentiis compellent ut quilibet illorum unum ex Capitulo

eligat

eligat & quidquid illi duo dictaverint per utramque partem observabitur, si vero illi inter se differentes manserint media pacis invenire non volentes Dominus Decanus & duo ex Canonicis neutri parti suspecti per Capitulum ei adjuncti rem decident, & illorum decreto seu dictamini utraque pars sub suspensione praesentiarum parere tenebitur.

*De Dispositionibus & Ordinationibus Domorum Canonicalium tam infra quam extra emunitatem *) Ecclesiae nostrae sitarum.*

Domus si non inhabitentur etiamsi novae fuerint, temporis lapsu pereunt & antiquae ruunt, & quia domus praepositurae noviter pro honore Ecclesiae & commoditate praepositi pro tempore existentis solemniter & sumptuose exstructa, ad ipsius praepositi dispositionem spectat, qui tamen Canonem unius Malderi tritici ex illa dari consuetum & libro memoriarum inscriptum solvere & tempore acceptationis praepositurae possessionem Domus illius a Dominis de Capitulo recipere & cuilibet Canonico praesenti & residenti unum sextarium vini seu unam marcam pro praesentiis dare tenetur, prout de singulis domibus capitularibus in earundem possessione seu investiturae traditione fieri solitum est quarum domorum aliquae Capitulares seu usufructuales, & aliquae haereditarie sunt, quas prius describere & designare & hoc

*) Ambitus & districtus ad Ecclesiam vel monasterium pertinens.

hoc facto quis de primis & quis de secundis disponere habeat, quibusve modis & formis id fieri debeat, quae aedes canonicus apud Ecclesiam residere & Deo servire cupientibus necessariae atque inhabitatae & reformatae inveniantur & conserventur, ac nostris successoribus honestas mansiones sicut nobis a nostris praedecessoribus factum extitit relinquamus, ordinarie proposuimus, in primis namque est quaedam domus clausstralis *) capitularis quae secunda est a pistrino computando & ad plateam pinguem exitum habet & quo ad hujusmodi exitum est domus penultima canonicalis versus occidentem & Decanalis dici consuevit, est enim per quendam Dominum *Henricum Odendorb* juniorem Canonicum Decano sub certis modis & formis in suo testamento legata & ne de hoc quisquam haesitare queat, clausulam sui testamenti hoc legatum concernentem huic nostro statuto inseri fecimus, & est ista: Item legavit dedit & deputavit idem Dominus testator Domum sive curiam suam clausstralem quam de praesenti inhabitat quae est secunda in ordine a pistrino computando cum omnibus & singulis appertinentiis suis & operibus videlicet annuae pensionis unius malderi tritici & octo marcarum & trium solidorum pagimenti Colonienſis de & ex hujusmodi domo dari consuetis in usum & utilitatem Decani *S. Andreae* pro tempore existentis ac pro Decanatu ejusdem si illum infra mensem adoptarit,

*) Domus clausstrales nonnisi a vere residentibus inhabitandae.

rit, *) a die vacationis & non alias ſub modis tamen & ordinationibus infra ſcriptis, videlicet quod Decanus pro tempore hujusmodi domum ſive curiam ad ſe recipiens ſolvet ſingulis annis perpetuis futuris temporibus de & ex ſua domo ſive curia hujusmodi ultra penſionem praeſcriptam quatuor maldera tritici, pro memoria dicti Domini teſtatoris & parentum & *Henrici Odenderb* avunculi ſui ſingulis annis in die obitus ſui in dicta eccleſia *S. Andreae* obſervanda & diſtribuenda. nec non etiam Decanus pro tempore infra menſem proxime poſt adeptionem poſſeſſionis dicti decanatus ſui ſemel & unica vice quadraginta florenos ſuperiores aureos ſolvet, de quibus qualibet canonicus praeſens recipiet unam marcam pro praeſentiis reſiduum vero pro augmentatione memoriae ſupradictae cedet, & caſu quo decanus dictae Eccleſiae *S. Andreae* pro tempore dictam domum ſeu curiam infra menſem non adoptaret nec eam perſonaliter inhabitare vellet, voluit idem teſtator & ordinavit quod tunc ſenior canonicus habebit adoptionem hujusmodi domus pro penſione & oneribus ſupra dictis & eam perſonaliter inhabitabit quo ad usque vixerit, deinde cedet domino Decano pro tempore juxta formam praeſcriptam, finis clauſulae praedictae; Inſuper caſu vacationis domus

*) De optionibus praebendarum, curiarum &c. confer. *J. H. Lammers Erotemata de jure ſtatutario & conſuetudinario optandi canonice. Hildeſii* 1703. *in min.* 8.

mus Scholasteriae prope puteum in opposito pistrini sitae occurrente sicut cum dicta domo decani agitur, fiet, Scholasticus etiam infra mensem vacationem dictae domus proxime sequentem si velit adoptabit & tempore acceptationis possessionis pro pretio Capitulo ducentos & sedecim florenos Rhenenses auri in auro & unum florenum postulaturum & cuilibet Canonico praesenti unam marcam pro praesentiis solvet & capitulum hujusmodi pecunia certum reditum perpetuum pro memoria quondam Domini *Theodorici de Essendia* Ecclesiae *S. Andreae* colonienſis Canonici & Scholastici augmentatione & Semellis diebus dominicis deserviendis & distribuendis emet, dictus enim Dominus *Theodoricus* hujusmodi domum capitulo sub tali conditione legavit, quae sua & haereditaria fuerat, capitularem fecit, si autem Scholasticus hujusmodi domum infra mensem illius vacationem proxime sequentem non adoptaverit potest senior Canonicus eam pro pretio praedicto a capitulo emere, sunt insuper adhuc sex domus Canonicales usu fructuales seu Capitulares infra immunitatem Ecclesiae nostrae sitae quarum prima est, secunda domus a templo *Sancti Pauli* versus aquilonem seu praedicatores sita, secunda est, tertia domus a praefato templo versus praedicatores sita, & casu vacationis illius occurrente pretium ex emptione & venditione ejusdem domus proveniens per Capitulum pro memoria quondam Domini *Leonardi Frümer* olim dictae Ecclesiae Canonici convertetur. Tertia est domus major supra penarium dominorum

minorum, quarta domus minor inter Eccleſiam & domum ſuper penarium praedictum, quinta domus in ambitu ſita, in qua etiam carceres Capituli deputati ſunt, ſexta Domus in vico piſtrini juxta domum decanalem ſita eſt & habet parvam portam in ambitu & magnam in dicto vico & quoties eandem vacare contigerit, vendetur plus offerenti, pecuniaque inde proveniens in emptionem reditus annui pro augmentatione memoriae quondam Domini *Lamberti Brecke* convertetur. ſunt extra immunitatem ſimiles domus Capitulares quarum & una eſt ſecunda domus prope cratem ferream *Conventus praedicatorum* a latere dextro verſus occidentem dicta *Steinbach* ſecunda dicta *zum ſommer* in eodem latere, quas quidem domus capitulares una domus dicta *Martiaes* ſive *ſcherffgen*, dividit tertia ab altero latere dictae cratis verſus orientem ſita *Kloppenburg* vulgariter appellata, quarta eſt in platea ſancti *Marcelli* prope Conventum S. *Achatii* ſita, Nos Decanus & Capitulum ante dicti de praedictis domibus vacantibus diſponere ac illas Canonicis ſi fuerint aut Vicariis caſu quo non fuerint pro competenti tum pretio vendere & pretium ex illarum venditione proveniens inter ſe dividere aut in utilitatem Capituli vel Fabricae prout eis viſum fuerit, convertere poſſunt, ac domos haereditarias aut Capitulares non habentes de pretio dictarum domorum participes non erunt, eo tamen ſalvo, quod pretia domorum ad memorias deputatarum de quibus ſupra & infra ſpecifica fit mentio, pro augmentatione earundem

in emptionem certorum annuorum redituum exponetur. Eſt alia domus Capitularis infra dictam emunitatem, quae ſecunda eſt domus prope domum Praepoſiturae verſus orientem ſita, quam Capitulum caſu vacationis occurrenti, Canonico plus offerenti vendere habet, & pretium ſemper augmentatione memoriae quondam Domini *Henrici Mentzenig* Canonici Eccleſiae *S. Andreae* convertet, dabiturque Scholaſtico *ad gradus Mariae* de pecuniis ex emptione & venditione provenientibus pro reſpectu unus florenus aureus in auro qui hujusmodi domum tali conditione Capitulo legavit ac eam capitularem quae antea haereditaria & ſua erat, fecit, reliquae autem domus Canonicales clauſtrales haereditariae ſunt, ſi quispiam unam ex domibus Capitularibus a Decano & Capitulo comparare voluerit, debet vendens claves domus in Capitulo Decano tradere, qui ementem de domo inveſtire debet, ac illum juſſu Capituli & ſuo in poſſeſſionem duci debere mandabit, & inveſtituram domus recipiens cuilibet Canonico praeſenti unam marcam pro praeſentiis dare & duos fide juſſores ſufficientes & idoneos ſecum in Capitulo praeſentes habere debet, qui una ſecum ſe obligabunt, quod domum cujus inveſtituram recepit, in debita ac neceſſaria ſtructura conſervare & conſervari facere debeat, & ne illud oblivioni tradatur, duo ſeniores Diaconi cum Magiſtro fabricae & Architectore ſingulis annis ſemel hujusmodi domum & omnes alias domos Capitulares Canonicales ſint aut haereditariae, viſitabunt,

&

& inſpicient, & deſuper in Capitulo relationem facient, quorum relationi ſtandum eſſe cenſemus, & quilibet ex eis unam marcam pro praeſentiis a Magiſtro fabricae recipiet. Et ſi domum male diſpoſitam & in toto aut aliqua parte illius reſtauratione & reformatione indigere retulerint, debet is qui inveſtituram illius a Capitulo recepit eandem infra ſex menſes relationem praedictam proxime ſequentes reficere & reformare & infra idem tempus coram nobis rite quod hoc fecerit, aut ſe propter impedimentum legitimum impeditum docuiſſe & hoc facere contemnens aut negligens eo ipſo a praeſentiis fabricae, donec domus per eum reparata ſit, cedentibus ſuſpenſus erit quod ſi quis inveſtituram infra menſem poſt venditionem de domo per eum empta vel acquiſita capitularis ſit aut haereditaria petere aut capere neglexerit, ultra praedicta poenam decem florenorum aureorum Rhenenſium in auro fabricae noſtrae ſolvere debet domum vero canonicalem haereditariam quam quis ex inveſtitura Capituli poſſidet uni ex Capitulo vendere debet & ſi ex gremio nullus domum illam cupiens emere, inventus fuerit, tunc illam nequaquam alteri niſi omnes in hoc aut ſaltem major & ſenior pars conſenſerit, faciet; Nec domus praedictae clauſtrales extraneis ſignanter Laicis publice vel occulte vendi aut locari debent nec aere alieno gravati a facie ſuorum creditorum (uti aliquando accidit) fugam capientes & illos decipientes per quenquam ad emunitatem recipientes contrarium faciens ipſo facto a

praeſentiis fabricae ſolvendis, donec receptus realiter & cum effectu relinquat, ſuſpenſus erit, ſi vero domus haereditaria per mortem vacaverit, debent executores teſtamenti illius eam uni ex canonicis vel ſi canonicus eam non petierit vicario infra anni ſpatium poſt mortem defuncti vendere & hujusmodi venditionem infra eundem annum in facie Capituli manifeſtam facere. Et ſi ejusmodi venditionem infra tempus praedictum non fecerint, & illam in praedicto Capitulo manifeſtari non fecerint, vel ignoranter facere diſtulerint, aut recuſaverint, debent Decanus & Capitulum executoribus defuncti, ad Capitulum vocatis pretium talis Domus illius circumſtantijs & oneribus quibus onerata eſt, taxare & executores pretium conſequantur & Canonico domum deſideranti ſine longa mora ſuccurratur. Praeterea domum haereditariam poſſidens nullam facultatem habebit, dum in talem domum ultra onus conſuetum illi impoſitum gravare aut multum vel aliquid ſimile recipere & domum in hypothecam dare niſi Decanus & Capitulum concorditer in hoc expreſſe conſenſerint, & conceſſerint; Et ſiquispiam contrarium fecerit, erit ipſo facto toto corpore praebendae unius anni privatus. Verum cum plures ſint quam Domus, nec aequum ſit, ut unus aedes binas habeat, & alteri nullam domum habenti facultas domum emendi tollatur. Ob id ſtatuimus & ordinamus, quod nemo duas aedes deinceps habere debeat, & ſi actu duas ex tolerantia Capituli habeat, debeat & teneatur alteram

teram illarum infra annum realiter & cum effectu ſub poena ſuſpenſionis praeſentiis fabricae cedendis dimiſiſſe & Capitulariter reſignaſſe, aut infra idem tempus in capitulo de legitimo impedimento, quare id non fecerit, probaſſe, domum autem Capitularem ex inſtitutione Capituli habens & alteram domum Capitularem ex titulo oneroſo aut lucrativo obtinens, is primam infra annum tituli ſecundae domus acquiſitionem proxime ſequentem ſub poena ſuſpenſionis omnium praeſentiarum fabricae, donec illa per eum vendita ſit, cedendam Canonico vendere tenebitur, & ſecundae domus poſſeſſionem propria authoritate ſeu verius temeraria ſine admiſſione & poſſeſſionis illius traditione Capituli ingrediens, eo ipſo prima domus ſua Capitularis ad diſpoſitionem Capitularem juxta naturam & qualitatem conditionum domui annexarum, devoluta erit, quam etiam infra tres menſes poſt datam poſſeſſionem de ſecunda domo accepta proxime ſequentes ſub poena ſuſpenſionis a praeſentiis evacuare debet, ſin vero domum haereditariam Canonicatum & praebendam in Eccleſia noſtra habuerit, & illos forſan admittere vellet ante Canonicatus & praebendae ſuae admiſſionem ſui reſignationem hujusmodi domum vendere poteſt, ſin autem canonicatum aut praebendam prius demiſerit & ſibi domum praeſervare praeſumpſerit, domus & libera ejus diſpoſitio ipſo facto ad Capitulum devoluta erit, ac ſi domum haereditariam ex inſtitutione noſtra titulo ſimili oneroſo aut lucrativo poſſederit, &

aliam domum haereditariam ex ſimili titulo obtinuerit, is pari modo domum primam haereditariam ſuam uni Canonico cui velit, infra annum venditionem aut donationem ſecundae domus haereditariae immediate ſequentem realiter & cum effectu vendidiſſe tenebitur, quod ſi facere omiſerit; ab omnibus proventiis *) fabricae donec hujusmodi domus per eum vendita ſit, cedendis ſuſpenſus erit, niſi legitime infra idem tempus in facie Capituli realiter quod per eum non ſteterit, quominus hujusmodi domus vendita non ſit, docuerit; ſi autem poſſeſſionem aut verius occupationem domus ſecundae temeritate propria ſine legitima inſtitutione & traditione noſtra capitulari ingreſſus fuerit, poenam viginti quinque florenorum auri in auro fabricae perſolvere tenebitur, ac cum hoc ab omnibus praeſentiis fabricae, donec prima domus Canonico per eum vendita & ementi demandata, Decano & Capituli illius poſſeſſio tradita & aſſignata ſit, cedendis ſuſpenſus erit, ut pro temeritate & culpa ſua poenam ſuſtineat condignam.

De Commiſſariis ad colligendum decimas, ex vinis infra valles Bacharazenſes creſcentibus nobis & Eccleſiae noſtrae debitas ac provenientes ac illas ad Coloniam vehi facientibus deputatis.

In ſolutione & collectione decimarum nobis & Eccleſiae noſtrae ex vinis infra *Valles Bacharacenſes* creſcentibus debitarum & proveniendarum ſae-

penu-

*) Proventibus.

penumero permultus fraus & dolus committitur ac damna multa & magna inferuntur, niſi aliqui in hujusmodi re experti & fideles noſtro nomine illic coram conſtituti hoc fieri impediant, volentes ob id Eccleſiae noſtrae indemnitati in hoc conſulere ſtatuimus & ordinamus, quod ſingulis vindemiis duo experti praedictarum decimarum Vinorum collectione & illarum ad *Coloniam* diſponenda vectione per nos, deputari & ad *Bacharacum* mitti debeant, ita tamen quod ad minus alter eorum aliquando in *Bacharaco* fuerit & iſtud officium ex noſtra ordinatione rexerit, ſi autem duo Canonici non fuerint inventi hoc onus acceptare volentes debet illud uni Canonico qui idem officium aliquando rexit, committi, & eidem unus Vicarius aut alius fidus & agilis adjungi & Commiſſarii hujusmodi a quolibet Canonico contributionem primo per Capitulum determinandam recipient & ſublevabunt, ac illam navigio aſcendentes ſecum ſument.

De poena Contributionis occaſione onerum propter Vina Bacharacenſia illorumque advectionem & conſervationem expenſarum Domus dotis Bacharacenſis ac vineam Mortboff ſingulis annis neceſſario ſubeundarum infra tempus per Capitulum praefixum non ſolventibus impoſita.

Nos Decanus & Capitulum Eccleſiae *S. Andreae* Colonienſis in domo noſtra Capitulari comparentes omnibus & ſingulis ad infra ſcripta facienda intereſſe habentibus ſpecialiter vocatis & Capitulo

ob id ſingulariter ad horam Capitularem conſuetam ad diem ſubſcriptam legitime indicto mature perpendentes juſtum eſſe unum & eundem ordinem vivendi habentes & paria commoda ex eorum republica percipere cupientes in oneribus ſubeundis pares (cum id iis pariter ratio & aequitas dictet) conſtituuntur, nec unus alterius culpa jacturam bonorum ſentiat, cum igitur decimas ex vinis in *vallibus Bacharacenſ. Stegen. Dietbachen.* & *Maubachen.* ereſcentibus, nobis & Eccleſiae noſtrae debitas ſingulis annis graviſſimis expenſis, impenſis ac laboribus per noſtros ad hoc deputatos commiſſarios colligi facere atque vaſa emere & non modicam pecuniam omni anno diverſis temporibus pro gravium & magnarum expenſarum in domo dotis Bacharacenſ. pro pluribus perſonis eſſentialibus & aliis advenientibus miniſtrandarum conſervatione expendere aliaque diverſa onera ſubire ac vino ad *Coloniam* ſeu loca alia nobis placentia per alveum *Rheni* pro utilitate Eccleſiae & noſtra facere vehi & in certorum principum teloniis de facto magnam pecuniam licet in perſonis rebus & bonis noſtris & Eccleſiae liberi & exempti ſimus, exponere cogimur, ac eam ob cauſam qualibet vindemia contributiones diverſas pecuniarum quibus hujusmodi contributionum retroactis temporibus impoſitarum moroſi extiterint & per hoc illorum culpa alii eorum partem debito tempore ſolventes diſpendia multa ſenſerint, & longe absque dubio majora ſi praedictus alveus *Rheni* glaciem, ſicut aliquando in

hyeme

hyeme accidit, coagulatus fuiſſet ſenſiſſe potuiſſent & non nunquam tali caſu occurrente ſenſerunt, ob id ut his periculis magnis obviemus ac indemnitati eccleſiae ac noſtrae ſuccurramus pro nobis noſtrisque ſucceſſoribus perpetuo ſtatuimus & ordinamus quod nos omnes & ſinguli ac tres vicarii Eccleſiae noſtrae ut puta altarium S. *Crucis* D. *Virginis Mariae* & B. *Michaelis*, Rectores etiam ex dictis vinis certa vina recipientes omnes & ſingulas contributiones in pecuniis monetae per nos in his & qualibet illarum impoſitionum deſignantur & exprimendae pro collectione vinorum in praefatis vallibus colligendorum ac illorum advectione procuranda ac expendenda in dicta domo dotis Bacharacenſ. debita conſervatione ac omnium & ſingulorum onerum circa premiſſa & quodlibet illorum quovis modo ſubeundorum relevatione facienda, per nos in Capitulo impoſitas & deinceps perpetuis futuris temporibus imponendas infra terminum per nos in capitulo praefigendum & ſtatuendum commiſſario pro tempore per nos deputato ſub poena carentiae & privationis ipſo facto omnium & ſingulorum fructuum, reddituum tam vini quam frumenti ac praeſentiarum & cunctorum accidentalium & emolumentorum ſuae praebendae & beneficii illius anni ſolviſſe, & cum effectu tradidiſſe ac numeraſſe debeat & teneatur, ſi vero quispiam ex Capitularibus in Capitulo tempore impoſitionis contributionis abſens extra civitatem Colonienſ. conſtitutus fuerit, eo caſu Rector altaris *S. Crucis* aut D. *Virg. Mariae* quibus

hoc

hoc onus ratione ſuarum vicariarum incumbit impoſitionem contributionis ac illius quantitatem & qualitatem ac commiſſarium pro tempore per nos deputatum contributionis receptorem nominandum ſuo familiari ſeu famulae aut alteri in domo habitationis ſuae invento referet & tali nobis de hoc per alterum ex dictis Vicariis factae relationi plena & perfecta fides perpetuo in judicio & extra illud per nos ac dictos Vicarios ac hujusmodi intimatio contributionis impoſitae ſic ad domum ſeu habitationem abſentis facta eundem abſentem ac ſi in ejus propriam perſonam facta foret coartare debet, inſuper hanc ordinationem diſpoſitionem atque ſtatutum in omnibus ac per omnia in impoſitione contributionis tam propter reparationem, quam conſervationem & meliorationem vinearum *Morthoff*, intra *Coloniam* ſitae faciendam quam omnia & ſingula alia onera circa illius culturam & vini collectionem peragenda ac ſolutionem gubernatori dictae vineae pro tempore per nos deputato de expoſitis per eum impendendam & faciendam in & ſub praedicta poena tenendum & obſervandum eſſe cenſemus, ac illud & illam ad vineam dictam extendimus, ac in approbatione hujusmodi noſtrae ordinationis & ſtatuti authoritate Apoſtolica vel ordinaria aut utraque faciendam per expreſſum conſenſum conſenſimus & dictam noſtram ordinationem & ſtatutum jurejurando ſcripturis ſacroſanctis ob id reverenter & ſolemniter tactis inviolabiliter tenere & obſervare velle promiſimus, ac per praeſentem ordinationem

pro-

Digitized by Google

promittimus. In evidens teſtimonium praemiſſorum hanc noſtram ordinationem diſpoſitionem & ſtatutum, ſygilli noſtri majoris appenſione roborari fecimus. Datum in Domo noſtra Capitulari Anno Domini Milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo, die vero decima quinta menſis Januarii.

De Canonicis infirmis & ſenioratis.

Jus milites emeritos militibus in expeditione conſtitutis aequiparat, atque afflicto afflictionem addi prohibet. Hinc eſt, quod ſtatuimus & ordinamus, quod Canonicus infra imunitatem aut extra eam in domo Capitulari tamen habitans aegritudine vera, quacunque id fiat ratione oppreſſus, aut ſenio oneratus Eccleſiam accedere non Valens & ob id conſulte domi manere habens totum corpus praebendae & diſtributiones quotidianas, ne duplici afflictione opprimeretur, recipere & habere debet, & Canonicus infirmitate ſe conſtrictum accipiens, & ſacro oleo inungi cupiens hoc in praeſentia Decani & omnium Canonicorum ad hoc vocandorum religione juxta temporum qualitatem indutis fieri faciet, & cuilibet Canonico tres albos & Vicario tres ſolidos monetae rotatae (nifi egeſtas aliud, ut aliquando accidit ſuaſerit,) pro praeſentiis dabitur, & non venientes praeter praeſentes praedictos nihil perdent. Et ſi eum mori contingat, quatuor ſeniores ſui ordinis, in quo ipſe dum viveret, militavit, ſi fuerint alias ex alio ordine circa funus & feretrum duo & duo ab utroque latere ad locum ſepulturae ibunt, dabuntur-

bunturque in ſepultura cuilibet Canonico tres albi, Vicario vero tres ſolidi rotatae monetae; in exequiis cuilibet Canonico in Vigiliis duo, in miſſa animarum duo, & in commendatione duo, ac pro ſtatione loco prandii ſex albi rotati, Decanus autem ſi ipſe officium fecerit, & non alias duplum accipiet; Vicarii autem in Vigiliis unam, in miſſa animarum unum & in commendatione unum, ac pro celebratione tres albos rotatos, habebunt, niſi egeſtas aliter, ut praefertur, dictaverit.

De Praelatis dignitati ſuae renuntiantibus & ſic ſimplicibus remanentibus Canonicis.

Statutum *Walrami* Archi-Epiſcopi Colonienſis.

Walramus *) Dei gratia Sanctae Colonienſis Eccleſiae Archiepiſcopus S. R. J. per *Italiam* Archicancellarius univerſis, ad quos praeſentes litterae pervenerint, ſalutem & ſinceram in Domino charitatem. expoſuerunt nobis dilecti in Chriſto Priores noſtri Colonienſes, quod ab olim in civitate Colonienſi de conſuetudine longaeva ſit, pacifice obſervatum, quod ſi aliquem Praepoſitum, Decanum ſeu alium de Prioribus Colonienſibus contingeret, dignitatem ſuam reſignare vel permutare, & ſic ſimplicem Canonicum in Eccleſia ſua

*) *Juliacus Gerhardi* ſeu *Everhardi Juliae & Elisabethae Cliviae* Comitum filius antehac Metropolitanae Eccleſiae Colon. Theſaurarius & Leodienſis Praepoſitus.

ſua remanere, ipſe ex tunc ob reverentiam ſtatus ſui, in quo eſſet, liber eſſet a Diſciplina Capituli & Choro, niſi in quantum vellet chorum frequentare, vel ibidem officium facere, quod ſuae eſſet Voluntati libere relinquendum, nihilominus reverentia tanto ſtatui condigna exhiberetur, eidem ac praebenda & praeſentiae & obventiones ſibi abſque ſubtractione aliqua miniſtrarentur, & quia in perſona *Friderici de Hammerſtein* quondam Praepoſiti *S. Andreae* Colonienſis, hoc fuit in dubium revocatum, & quidam nitebantur ipſum ad obſervantiam talium coarctare, ſi, ut quaeſtio hujusmodi ad dictos priores deducta, & ipſi inquiſitione & examinatione inter ſeniores diligenti praehabita & demum comperto ex ſeniorum & aliorum fide dignorum fideli teſtimonium conſuetudinem hujusmodi, quoties talis caſus occurrerat, fuiſſe inconcuſſe a tempore quo praemittitur obſervatam & ulterius merito obſervandam quapropter nobis humiliter ſupplicabant quatenus prout ex paterna ſollicitudine aſtringimur decorem Eccleſiaſticae honeſtatis & laudabiles conſuetudines pio munimine confovere & in ſtatu ſolido conſervare efficaciter dignaremur ac praedictam conſuetudinem mandaremus inviolabiliter obſervari. Unde nos ſtatum & libertatem Eccleſiae noſtrae & Cleri ac honeſtas & laudabiles conſuetudines in ſtatu proſpero diebus noſtris confovere deſiderabiliter confovere affectantes ac nihilominus dictam conſuetudinem juris, aequitatis & rationis fulcimento firmari perpendentes maxime,

quia

Digitized by Google

quia non eſt veriſimile, quod aliquis dignitatem ſuam niſi propter decrepitam aetatem vel morbi alicujus ingruentiam, ſeu quia ad ſanctae contemplationis otium deliberaverat ſe transferre, aut ex aliis cauſis licitis & honeſtis dimittat & indecens & monſtroſum eſſet & dignitatum inſignia deformaret, ſi, qui Magiſter fuerat, in eadem Eccleſia diſcipulus fieret, cum ſit potius propter ſtatus reverentiam honorandus, praedictam conſuetudinem Authoritate noſtra ordinaria approbamus & mandamus in Dioeceſi noſtra inviolabiliter obſervari mandantes omnibus & ſingulis noſtris ſubditis ut eam fideliter & reverenter obſervent prout noſtrae correctionis, ſi ſecus facerent, voluerint acrimoniam evitare in cujus rei teſtimonium ac firmitatem praeſentes litteras ſigilli noſtri munimine fecimus ex certa noſtra ſcientia roborari. Datum Anno Domini Milleſimo trecenteſimo trigeſimo tertio in craſtino beati *Remigii* Confeſſoris.

Approbata & Confirmata & per totam Civitatem & Dioeceſin obſervari mandata ſunt haec a *Wilhelmo* *) Archi-Epiſcopo Colonienſi litteris eadem ſuper re confectis & ſigillatis Anno 1350. in Vigilia beati *Thomae* Apoſtoli.

De Viſitatione Piſtrini.

Panis magis quam alia alimenta humanae naturae neceſſarius eſt qui ſicut bonus multum prodeſt,

*) Ex Equeſtri Baronum *de Gennep* proſapia oriundus erat.

prodeſt, ita malus eidem non parum nocivus eſt, & licet piſtor panem bonum nobis pinſere juramento aſtrictus, multis tamen & reiteratis vicibus panem malum pinſuit & pinſit, volentes igitur remedium quo ipſe deinceps panem bonum pinſere coarctetur, adhibere ſtatuimus & ordinamus, quod Canonicus presbyter & Diaconus & Subdiaconus per ſe ipſos aut Canonicos eorum vices in officio divino agentes, ſingulis eorum turnis debeant & teneantur ad minus ſemel in hebdomada piſtrinum viſitare, & panem inſpicere & illum ponderari facere ac rite, an in pondere & in aliis qualitatibus in litteris obligatoriis piſtoris nobis datis expreſſis, & poſt finem dicti ſtatuti his noſtris ſtatutis inſertis ſufficiens & bonus ac quomodo Domus piſtiturae diſpoſita ſit, inquirere, & panes in pondere vel aliis qualitatibus ſeu qualitate in dictis litteris deſcriptis defectum habere inventi pauperibus hoſpitalis noſtri per dictos tres ad ſtatim diſtribuentur, ut piſtor metu poenae a vetitis amplius ſimilia non facturus abſtineat & ſingulis annis dictae litterae obligatoriae circa feſtum Sanctae *Margaretbae* in Capitulo piſtori ac principali ejus familiari praeſentibus legentur, qui etiam eorum juramenta annis praecedentibus per eos praeſtita innovare debent & tenentur, ſi vero Canonicus presbyter ac Canonici Diaconi & ſubdiaconi aut duo ex eis mortui fuerint, ſeu unus, quorum ſeu cujus cultu divino peragendo turnus fuerit, tunc Canonici officium divinum pro Canonicis mortuis ſucceſſores reſidentiam non

habentes, facientes & de hoc ſtipendium a Cellerario nomine Capituli recipientes viſitationem praedictam facient; ſi vero Vicarii pro hujusmodi Canonicis mortuis, vel unus officium divinum peregerint, ſoli Diaconi & ſubdiaconi turnarii onere viſitationis predictae gravati erunt. Similis viſitatio in turnis duorum Vicariorum principalium onus Canonicorum presbyterorum habentium per Diaconum & ſubdiacanum eisdem Vicariis in ſuis turnis in miſſa miniſtrare habentes, fiet. Et quilibet hanc viſitationem in turno ſuo omittens aut facere negligens, mulctam quatuor alborum aequaliter inter illos pro illa vice viſitationem praedictam facientibus diſtribuendorum infra tres dies moram & culpam in hujusmodi viſitatione per eum commiſſam proxime ſequentes realiter & cum effectu ſolvet, & deliberabit, quam ſi in dictis tribus diebus non ſolverit, praeſentiarius ei hoc in ſuis praeſentiis recompenſabit, & mulctam praedictam viſitatoribus turnariis huic noſtro ſtatuto parentibus tradere & deliberare debet.

Innovata ac denuo concluſa ac jurata ſunt haec ſtatuta praeſcripta per Nos Decanum & Capitulum Eccleſiae *S. Andreae* Colonienſis omnibus qui debuerunt & potuerunt intereſſe vocatis & auditis ac nemine contradicente.

Anno Domini Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto die Martis poſt Dominicam: *Exaudi.* Vigeſima octava menſis Maji.

In

In nomine Domini Amen. Nos Decanus & Capitulum Eccleſiae *S. Andreae* Colonienſis mente revolventes non debere reprehenſibile judicare, ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta quandoque nonnulla varientur, aut illis alia adjiciantur, praeſertim cum urgens neceſſitas vel evidens utilitas id expoſcat, ipſaque ſint honeſta nullo privato commodo ſed potius pro conſervatione orthodoxae fidei noſtrae ac Eccleſiarum & in eisdem Deo famulantium perſonarum communi utilitati conſcripta cum itaque hoc deplorato tempore, quod dolenter referimus, ſectae multis in locis vires ſumant, verum etiam omnes pene haereſes in diverſis Conciliis generalibus in Spiritu Sancto celebratis damnatae repullulent, & quaſi ab inferis reſuſcitentur, idcirco ſane plus quam peſtifero imo execrabili & damnabili morbo quantum in Domino noſtro *Jeſu Chriſto* unico Eccleſiae ſuae ſponſo poſſumus occurrere easdem ſectas & haereſes ab univerſis & ſingulis Eccleſiae noſtrae membris praeſentibus ac futuris propellere & arcere, bonaque, reditus & proventus ejusdem conſervare & augmentare cupientes ſtatuimus & ordinamus, ut ſequitur.

Inprimis quod poſthac nemo ullo unquam tempore ad poſſeſſionem alicujus dignitatis Canonicatus & praebendae paſtoratus, Vicariatus vel officii ejusdem Eccleſiae noſtrae admittetur, niſi praeter juramentum ipſum concernens ac ſupra in antiquis deſcriptum ſtatutis & infra ſcripta (quantum quemlibet eorum concernet) corporaliter ta-

ctis sacris juraverit, videlicet quod orthodoxam fidem & religionem in unionem Sanctae Ecclesiae catholicae & obedientiae S. Sedis Apostolicae sicut nunc per Dei gratiam tenet & profitetur tam eandem illiusque ritibus, moribus, & consuetudinibus hactenus juxta sacrorum Canonum & generalium & provincialium dictaeque Ecclesiae *S. Andreae* statutorum laudabiliter observatorum tenorem cum Capitulo ejusdem remanere & perseverare, nec non eam eidem ac toto clero civitatis Colonienſis pro posse & nosse suis tueri & defendere velit & debeat, nec consentiet quod pecuniae, quae ex necessaria & urgentissima alienatione decimarum Bacharac. aliorumque bonorum quorumcunque provenerunt aliter quam in emptione aliorum bonorum & redituum perpetuorum ecclesiae nostrae praetacte magis utilium (si reditus eisdem emptos redimi contingat) unquam convertantur, exponantur aut alicui cujuscunque etiam dignitatis vel praeeminentiae fuerit, mutuo dentur ut igitur haec tanto diligentius observentur, juramenta praestari consueta rescribi illisque praemissa annecti curavimus pro ut in libro Evangelii ex quo post hac juramenta leguntur & infra ad oculum patet.

De instituendo uno ad minus executore per Canonicos & vicarios ex Canonicis vel vicariis Ecclesiae nostrae.

Item quia nonnulli Ecclesiae nostrae canonici & vicarii in Domino defuncti extraneas personas in executores suos deputarunt, nulloque ex confratri-

fratribus ſuis adjuncto, unde eadem Eccleſia noſtra experientia docente non levia paſſa eſt detrimenta tum quod extranei maxime Laici ejusdem Eccleſiae noſtrae ſecreta ex ſcripturis apud defunctum inventis didicerunt, tum etiam quod non nunquam ſcripturae hujusmodi aliaque monumenta ſubtracta & ad alienas manus translata fuerint. Huic igitur exitiali malo oportune mederi cupientes ſtatuimus quod poſt hac quilibet Eccleſiae noſtrae praelatus canonicus & vicarius ad minus unum ex eccleſiae noſtrae canonicis praelatis & vicariis caeteris teſtamenti ſui executoribus adjungere executoribusque ſuis demandare tenebitur ut ſcripturas & monumenta hujusmodi, ſi quae reperta fuerint omni mora & reſervatione ceſſantibus tradant & deliberent ſub quinquaginta florenorum aureorum, quantum ad praelatos & Canonicos & viginti quinque florenorum ſimilium, quantum ad vicarios attinet irremiſibiliter ſolvendorum poenis, ex relictis bonis, reditibus & proventibus ejusdem defuncti, per magiſtrum fabricae pro fabrica ſeu alio Eccleſiae noſtrae vel altaris, quod defunctus poſſedit, ornatu exigendorum ſublevandorum inque uſum hujusmodi convertendorum.

Item cum cuplamus ut ſucceſſoribus noſtris per nos acta ad eccleſiae noſtrae profectum innoteſcant, ſtatuimus quod poſt hoc computantes in quibuscunque officiis duo ex regiſtris per examinatores conſcripta penes Scholaſticum noſtrum

eadem ex commissione Capituli approbantur, relinquant ad archivium nostrum ponenda, ex quibus ne dum quid retroactis temporibus actum sit succesſores nostri edocebuntur, verum etiam ex illis si possessorio Judicio aliquando contra aliquem contendatur optimas habebunt informationes & ubi ex commissione judicis ex archivio eodem extracta fuerint probationes satis luculentas.

Pari modo volumus per Secretarium capituli nostri omnia acta capitularia fideliter annotari & si Decanus & Capitulum vel major ejus pars vel etiam Scholasticus voluerint tenetur proximo die capitulari, vel etiam si casus sit talis qui moram non patiatur eodem die Decano & capitulo seu deputatis ac Scholastico pro tempore protocollum hujusmodi ad examinandum exhibere & praevia collatione si compertum fuerit conclusioni Capitulari per omnia concordare, & tunc de eodem protocollo Dno Scholastico copiam edi & haec penes Scholasticum nostrum remanere ac aliis protocollis adjungi, ut & nos & succesſores nostri, quid actum, sit aut fieri consuevit & debeat sciamus, ac semper in hujusmodi casibus ac alias pro ut juris est, stetur protocollo.

Item ut canonici Ecclesiae nostrae sint ferventiores ad immolandum Domino Sacrificium Laudis, votaque sua altissimo reddendum, & divinis officiis interessendum, volumus ut Singulis D. praelatis, Canonicis, apud nos residentibus & praemissa fideliter adimplentibus liceat singulis

annis

annis (prima duntaxat annali reſidentia excepta, circa quam nihil immutare intendimus) integro menſis ſpatio in ſuis vel amicorum negotiis ab eadem Eccleſia noſtra extra civitatem Colonienſem, (feſtis *nativitatis Mariae*, *Remigii Andreae natalis Domini* & *Felicis in pincis* duntaxat demptis) quando ipſis placuerit continue vel diſcontinue abeſſe, & ſi aliquis Dominorum praelatorum vel canonicorum abſentia hujusmodi certis annis uti voluerit, ipſique eveniat quod ultra menſis ſpatium neceſſario & legitime ſe abſentare habeat, illi unica vel diverſis vicibus bimeſtre vel trimeſtre etiam in uno pro reliquis praeterlapſis annis (dummodo alias ſuam reſidentiam pro majori anni parte adimpleverit vel adimplere poterit,) abeſſe licebit. interim omnia ſuorum emolumenta & quotidianas diſtributiones abſentibus in negotiis Eccleſiae vel infirmis dari conſuetis ac ſi adfuiſſent percipere, licentia tamen a D. Decano vel ipſo extra civitatem abſente, ſeniore per canonicum, petita juxta ſtatuta quae ipſi absque rationabili cauſa nequaquam denegabitur ac proviſo ut abſentia hujusmodi durante circa officia ipſi abſenti incumbentia nulla committatur negligentia.

De Annis gratiae & memoriis fundandis.

Etſi ad certos annos neceſſitate ſic exigente, juſtisque de cauſis pro duobus annis gratiae centum marcae currentes poſtea vero quinquaginta floreni aurei in auro cuilibet canonico dari con-

ſueverint quia tamen nunc hujusmodi neceſſitas & cauſae urgentes ceſſant, & eccleſia noſtra annui proventus ex dimiſſione decimarum Bacharacenſ. ac alias plurimum aucti ſunt, nosque eosdem in dies Dei gratia ex hac noſtra conſtitutione augeri ſperamus, ideirco antiquum ſtatutum de annis gratiae renovantes ſtatuimus & ordinamus quod quilibet Canonicus poſtquam in Domino obdormierit ratione praebendae duobus prioribus annis a die obitus proxime ſequentibus anno deſervitionis non computato in feſtis *nativitatis B. M. V. & S. Remigii* Epiſcopi omnes fructus, bladа, vina & pecunias qui & quae in dictis feſtis pro corpore per praeſentes deſerviuntur habere & per executores ſuos dum diſtribuuntur, recipere debeant, retentis tamen de eisdem fructibus, bladis, vinis & pecuniis quinquaginta florenis aureis in auro vel eorum vero valore, per nos & ſucceſſores noſtros in emptionem certi & annui reditus pro memoria defuncti in eccleſia noſtra more conſueto ſervanda, convertendis, etiamſi dictus defunctus apud nos non ſepeliatur, nolumus tamen per praemiſſa alicui auferre poteſtatem benefaciendae Eccleſiae noſtrae & majora fundare & ratione fructuum & proventuum dictorum annorum gratiae defuncti executores officium ejusdem in choro diſponent & onera quaecunque circa charitativa ſubſidia & alia occurrentia pro tempore gravamina inſtar unius canonici viventis ſubjibunt dictis duobus annis gratiae durantibus, & cum executores presbyterorum canonicorum offi-

cium

cium missae annis hujusmodi durantibus pro defuncto disponere teneantur, habebunt etiam pecunias quae pro duabus amis vini Bacharac. exsolvuntur. si autem compertum fuerit, aliquem fructus deservitos vel deserviendos aut ratione annorum gratiae dandos alicui propter expressum consensum Decani & capituli obligasse is eisdem carebit, salva tamen potestate desuper testamentum suum legitime ordinandi.

Item statuimus & ordinamus quod post hac quilibet Canonicus antequam ad possessionem suorum Canonicatus & praebendae admittatur tenebitur magistro fabricae Ecclesiae nostrae exsolvere viginti sex florenos aureos in auro boni auri & justi ponderis de quibus duodecim inter DD. Decanum & canonicos tempore possessionis praesentes aequaliter distribuentur, & duo secretario nostro pro assignatione possessionis & confectione instrumenti possessionis statim tradentur. reliqui vero duodecim floreni aurei in usus fabricae convertentur. dum autem ad residentiam admittitur praeter sex florenos aureos quos ad ornamenta, ut supra statutum, exsolvit adhuc duodecim florenos similiter in auro ad culturam vineae maurorum vel eorum verum valorem praefecto ejusdem numerabit, prout consuetum est.

Et cum saepe indocti ac alias minus qualificati nobis obtrudantur, statuimus quod nemo ad possessionem canonicatus & praebendae, vicariae vel officii maxime ad residentiam admitti debeat, nisi

cantare & legere, & quod legit intelligere noverit, & quod nemo etiam ſubdiaconus ordinatus ad capitulum admitti debeat niſi decimum octavum agens annum. Scholari vero ante decimum quartum annum completum & niſi lectiones & verſus canere ſciat, reſidentia concedetur & cum de fabrica mentio fiat volumus quod quoties magiſter fabricae 50. vel plures florenos aureos in auro vel eorum verum valorem habet, quod tunc (dumodo iis ad uſus officii ſtatim non eget) certus annuus reditus cum eisdem addicti officii uſum per nos emi pecuniaque hujusmodi ad dictum uſum expendi debeant.

Additio ad juramenta ſuperius deſcripta per duos praelatos canonicos, vicarios & reliqua membra eccleſiae noſtrae Sancti *Andreae*, quoad religionem per omnes praeſtanda. Concluſum vero concernens pecunias redemptionis per Dominum Decanum & canonicos (cum reliqui non ſint capitulares) tantum praeſtabitur. Inſuper orthodoxam fidem & religionem in unione Sanctae Eccleſiae Catholicae & obedientia ſedis apoſtolicae ſicut nunc per Dei gratiam teneo & profiteor, ita in eadem illiusque ritibus moribus & conſuetudinibus hactenus juxta ſacrorum canonum ac generalium & provincialium dictae Eccleſiae *S. Andreae* ſtatutorum Laudabiliter obſervatorum tenorem, cum que Decano & Capitulo remanere & perſeverare nec non eam cum eodem capitulo ac toto clero civitatis Colonienſis

pro

pro poſſe & noſſe meo tueri & defendere volo & debeo.

Juro quoque me nunquam velle conſentire quod pecuniae quae ex neceſſaria & urgentiſſima alienatione decimarum Bacharac. aliorumque bonorum quorumcunque provenerunt aliter quam in emptionem aliorum bonorum & redituum perpetuorum Eccleſiae noſtrae praetactae magis utilium (ſi reditus emptos redemi contingat) unquam convertantur aut alteri cujuſcunque etiam dignitatis vel praeeminentiae fuerit, mutuo dentur ſub poena ſuſpenſionis ab officio & beneficio eo ipſo ſi contrarium me feciſſe repertum fuerit incurrenda. Sic me Deus adjuvet & haec Sancta eius Evangelia.

Statuta proxime praeſcripta concluſa, & cum reliquis praecedentibus de novo acceptata & jurata ſunt per nos Decanum & Capitulum Eccleſiae *S. Andreae* Colonienſ. praetactae.

Anno 1567. die 19. April.

In quorum fidem ſigillum Eccleſiae noſtrae quoad cauſas utimur eisdem de omnium ſcitu & conſenſu, appendi & per ſecretarium, notariumque noſtrum infra ſcriptum ſubſcribi juſſimus.

Sic ſubſcripta.

Ex ſpeciali mandato DD. Decani & Capituli collegiatae Eccleſiae *S. Andreae Everhard Leuter* de *Cosfeldia* Notarius publicus & praedicti Capituli Secretarius.

Hic cum ſubſcribendum erat ſtatutum quoddam novum de augmentatione Divinorum officio-

rum

rum A. 68. die Sabathi ultima januarii capitulariter concluſum ſupra inter ſtatuta vetera ſcriptum.

Jacobus Midendorpius Liberalium artium & juris utriusque Doctor S. Theologiae Licentiatus, Decanus totumque Capitulum collegiatae Eccleſiae *S. Andreae* univerſis & ſingulis ſalutem.

Cum majores noſtri inter caetera Eccleſiae noſtrae ſtatuta olim decreviſſent & ordinaſſent ut canonicus aut vicarius apoſtolica vel ordinaria authoritate ſui canonicatus aut vicariae collationem aut proviſionem habens & illam in Capitulo docere, ac pro reali poſſeſſione conſequenda inſinuare volens certam pecuniam Magiſtro fabrice & vicariis campanariis, atque choralibus ſolvere deberet, quae etiam hactenus collecta fuit. Nos autem experti fuimus quod non unus tantum ſed quandoque plures de uno eodemque canonicatu proviſi ſatis importune pro indicendo Capitulo & docenda ſua proviſione aſſequendaque poſſeſſione certatim inſtarent ac multis diſputationibus variisque exhibitis inſtrumentis & juribus nos fatigarent & diverſis aliquando eos labores cum noſtro taedio divinique cultus diminutione & temporis jactura repetere cogebamur, quare ex juſtis & rationabilibus cauſis capitulariter ad hoc (ut apud nos moris eſt) durante capitulo diſciplinae ſolemniter congregati vetus illud ſtatutum ita declarandum duximus, ut poſt hac ſive unus tantum ſive plures eiusdem Canonicatus vel vicariae poſſeſſionem ſibi per nos aſſignari petierint ſive

preces

preces nobis insinuare vel alia quadam peculiari de re Capitulum indici & instrumenta legi cupiverint singuli pro lectura & laboribus in veteri statuto expressam pecuniam solvere teneantur, etiam si pro qualitate causae & circumstantiarum nonnisi unus vel etiam nemo ex illis possessionem petitam vel desiderii sui effectum consequetur. hoc enim non nobis nec successoribus nostris sed suae ipsius imprudentiae imputare poterint, hac tamen distinctione adhibita ut si unus tantum in causa canonicatus vel Vicariae capitulum indici juraque & Litteras suas legi cupiverit ea pecunia cedet fabricae, sicut veteri statuto expressum est, si duo vel plures simul hoc casu concurrant unius lecturae jus solito & consueto modo accipiet magister fabricae, alterius vel reliquorum jura dividentur inter Dominos capitulares praesentes ut eo libentius omnes in tempore adsint & ad finem usque maturioris Consilii & authoritatis causa permaneant. si alia quaedam peculiaria de re unus solus vel plures capitulum Cogi vel litteras suas legi petierint de ista pecunia quam singuli solvent magister fabricae semper unum florenum aureum accipiet, reliquos vero inter Dominos capitulares praesentes distribuet. Actum & concluſum de omnium & singulorum consensu expresso in Capitulo disciplinae Anno Domini 1549.

Die jovis 14. Januarii.

Digitized by Google

XL.

MONACHI S. PETRI ERFORDIENS. CHRONICON AB ANNO MC. USQUE AD ANNUM MCLXII. *)

Anno MC. Giſilbertus Erphurtenſis Abbas venit *Jeroſolymam*, & non multo poſt ibidem obiit.

MCIII *Burchardus* abbas factus eſt in *Erpesfurt* VI Idus Februarii, & ab ipſo fundata eſt eodem anno Baſilica S. S. Apoſt. *Petri & Pauli.*

MCIIII *Cono* comes occiſus eſt.

MCXIIII Rex *Henricus* uxorem duxit.

MCXV Bellum fuit in *Welfesholz* III Id. Februarii.

MCXVI *Burchardus* Abbatiam amiſit.

MCXVII. III Non. Januarij terrae motus magnus fuit.

MCXVIII Caſtellum, quod dicitur *Cufeſſae*, obſeſſum eſt.

MCXXI *Burchardus*, amiſſa Abbatia *Erpesfurt* obiit in *Loreſſa.*

MCXXV *Sigefridus* junior Palatinus comes obiit, cui *Wilhelmus* frater ejus ſucceſſit.

MCXXVII

*) Aliud chronicon Erfordienſe Anonymi reperies in *Schannati Vindemijs litter. Collect. I. p.* 91. Incipit ab An. MCCXXIII. definit in An. MCCLIIII.

Digitized by Google

MCXXVII *Rupertus* Abbas *Erpesfurt* obiit, cui *Wernherus*, Hirsaugiensis monachus succeſſit.

Lutharius Rex *Norinberc* obſedit.

MCXXXIII *Lutheri* Rex cum *Richezza* Regina imperiale nomen ſuſcepit.

Eclypſis ſolis facta eſt IIII Non. Auguſti.

MCXXXVI *Lotharius* Imp. iterum *Romam* perrexit.

MCXXXVIII *Wernherus* Abbas Erphordienſis obiit, cui *Rudigerus* ſucceſſit.

MCXL *Ludevicus* Provincialis Comes *Turingiae* obiit.

MCXLII *Marcolfus* Epiſcopus Moguntinus obiit, cui *Henricus* praepoſitus Moguntinus ſucceſſit.

Rudegerus Abbas Erpesfurtenſis obiit, cui *Wernherus* ejusdem Coenobii monachus ſucceſſit.

MCXLIII *Ekeleich* Merſeburgenſis Epiſcopus obiit.

MCXLIIII *Rudolfus Saxoniae* Comes occiſus eſt. Magna inundatio aquae fuit in *Erpesfurt* VII Kalend. Junij.

MCXLVII dedicatum eſt monaſterium Apoſtolorum *Petri & Pauli* in *Erpesfurt*. XVI Kal. Julij.

Wernherus Abbas *Erpesfurt*. obiit cui *Gelfradus* ſucceſſit.

MCXLVIIII *Bruningus* monachus obiit in *Folkolderode* III Non. Aprilis; eodemque anno frater ejus *Lampertus* comes, longa decoctus aegritudine

tudine obiit in *Erpesfurt* V Non. Octobris anno II reverſionis ejus, ab *Jeroſolymis*, ſepultusque eſt in *Folkolderode* ubi ipſe vitam monaſticam inſtituerat.

Rudolfus Halberſtadenſis Epiſcopus obiit cui ſucceſſit *Vdalricus*.

Bucco Wormatienſis Epiſcopus obiit.

MCL *Sigefridus* Wirceburgenſis Epiſcopus obiit.

MCLIII Signum in ſole apparuit VII Kalend. Februarij.

Fridericus Rex fuit in *Erpesfurt*.

Henricus Mogunt. Archiepiſcopus ex praecepto Papae depoſitus eſt, & *Arnoldus* Cancellarius electus eſt. Sed poſt paucos dies, Papa & idem *Henricus* defuncti ſunt.

MCLX Trevirenſis Archiep. & Colonienſis Archiep. cum caeteris Principibus *Erpesfurt* conventum habuerunt.

Sizzo Comes in *Thuringia*, obiit.

MCLXI Indictum eſt Concilium *Cremonae*, dominica *Vocem Jocondi* ſed quia principes ab exercitu Imperatoris abſolvi non potuerunt, idem Concilium celebratum eſt in *Nova - laude* XVI Auguſti praeſidente ipſo Imperatore *Friderico* cum magna frequentia Principum tam latinorum, quam Teutonicorum. Hi autem erant praecipui: *Aquilejenſis* Patriarcha cum ſuis ſuffraganeis; de *Theutonia*; *Trevirenſis* cum ſuis ſuffraganeis; *Colonienſis*

nienſis cum ſuis ſuffraganeis; Item; X ſuffraganei *Moguntinae* ſedis. Praeterea de Urbe Senatores V. miſſi a Romanis: ſed & Nuntii Francorum Anglorum & Polonorum Regum, a quibus omnibus refutatus eſt *Rolandus* cum ſuis Fautoribus.

XLI.

SYNODVS HERBIPOLENSIS
de an. MCCCXXIX.

Prologus.

In nomine Domini Amen.

Wolframus *) Dei Gracia Epiſcopus Herbipolenſis univerſis Prelatis, Capitulis, Conventibus, Clericis ac ceteris Criſti fidelibus ſive reli-

*) *E familia de Grumbach.* Catalogus Epiſcoporum Herbipolenſium cum illuſtratione metrica concinnatus de eo ſic: Hoc regnante controverſia magna inter Caeſarem *Ludovicum Bavarum* & Papam *Joannem XXII.* qui veniebat *Herbipolim.* Epiſcopus regnat annis ij. moritur ultimo Julij anno 1335.

Lite mei varioque agitati turbine faſces,
quaſſatumque gravi ſeditione pedum.
Heidingsfeldiaci dantur pro pignore muri,
ante illud tenuit terra Bohema ſolum.
Tunc quoque *Meinbergen* noſtra in ditione locatur,
de tot jugeribus portio quanta mea eſt.

Dies obitus hujus Epiſcopi ponitur apud alios ad diem ſextam Julij 1333.

religiosis sive secularibus per Civitatem & Diocesem nostram constitutis salutem in Domino & presencium repetite leccionis noticiam & obsservanciam inconvulsam. Ad honorem Dei omnipotentis matrisque ejus beate *Marie* Virginis ac sanctorum Martirum *Kyliani* & Sociorum ejus patronorum Ecclesie nostre sub anno Domini Millesimo trecentesimo vicesimo nono feria secunda post Dominicam *Jubilate* *) & per duos dies sequentes copiosa multitudine cleri & populi in ipsa nostra Ecclesia presentibus nobisque Sancte Synodo presidentibus infra scripta statuta salubria, quedam de jure communi, nonnulla vero de provincialibus Venerabilium Patrum Archi - Episcoporum Moguntinorum Ecclesie nostre Metropolitanorum **) ac etiam Predecessorum nostrorum ***) statutis synodalibus cum adjeccione quorumdam nostrorum statutorum causa brevitatis excerpta & extracta in hunc libellum sub certis tytulis Decretalium redigi mandavimus ad utilitatem communem subditorum nostrorum ac eciam fecimus publicari &c.

De Summa Trinitate & fide Katholica. Ex Concilio Aschaffenburgensi Domini Gerhardi *Archi-Episcopi Moguntinensis.* (*a*)

In primis statuimus, ut, si aliquis clericus vel laycus utriusque sexus cujuscunque dignitatis, religio-

*) 3. Julij.
**) *Siffridi, Gerhardi, Petri &c.*
***) *Manegoldi, Andreae, Godefridi.*
(*a*) De an. MCCXCII.

ligionis aut ſtatus exiſtat, auſus ſit preſumpcione dampnabili publice predicare vel docere occulte, credere vel tenere, quod ſacerdos exiſtens in mortali peccato non poſſit conficere corpus Criſti ſeu ſic ligatus non poſſit ſolvere ſeu ligare ſuos ſubditos a peccatis, pro heretico vel incredulo habeatur. Quem errorem hujusmodi ſacri Concilij approbacione dampnamus, anathematizamus & penitus reprobamus; cum ſacre ſcripture dicit auctoritas, quod, ſive bonus ſive malus ſit miniſter, per utrumque Deus effectum gracie confert, non enim, que ſacra *) ſunt, coinquinari poſſunt, nec ipſa ſacramenta poteſt hominum malicia prophanare; unde ſacerdos, quantumcunque pollutus exiſtat, divina non poteſt polluere ſacramenta, que purgatoria cunctarum contagionum exiſtunt. Licite ergo a quocumque ſacerdote ab eccleſia tolerato divina myſteria audiantur & alia recipiantur eccleſiaſtica ſacramenta. **)

De Conſtitucionibus &c.

In Concilio Moguntino Domini *Petri* Archi-Epiſcopi Moguntini precipitur, quod ſtatuta ſua Provincialia recipiantur in copia, & qui per copiam ea receperit aut legerit ſeu legi audiverit, quotiescunque hoc fecerit, quadraginta dies de injuncta ſibi penitentia confeſſo tamen eo & contrito,

*) In Aſchaffenb. Conc. *Sancta.* Uſi autem ſumus exemplari anno Dñi MDXII. in Oppido *Hagenau* impreſſo.

**) Haec Verbotenus e Concilio Aſchaffenburgenſi.

trito, per ipſum Dominum *Petrum* in ipſo Concilio approbacione Epiſcoporum ſuffraganiorum tunc preſencium miſericorditer relaxantur &c. *)

De Conſuetudine. Ex ſinodo Domini *Wolframi* Epiſcopi Herbipolenſis &c.

Nonnulli ſacerdotes ſimplices ſacramentum Confirmationis in mortis articulo preſumunt fidelibus exhibere, quod ab Apoſtolorum tempore fuit ſolis Pontificibus reſervatum, ad excuſandas excuſationes in peccatis ſolam conſuetudinem pretendentes. Unde omnibus presbiteris diſtriccius inhibemus, ne talia de cetero ſua temeritate preſumant,

*) *Petri* Archiep. (an. 1310.) ſtatutum tale eſt: Statuimus ut preſens libellus conſtitutionum provincialium in ſingulis Eccleſijs Cathedralibus ſub ſigillo noſtro ac deinde in alijs eccleſijs conventualibus infra tres menſes a publicatione preſentium computandos ſub ſigillis Ordinariorum ſine excuſatione qualibet habeatur conſcriptus & in Choro jaceat, ſic ut poſſit patere cuilibet legere ſeu videre volenti. Ut autem communis utilitas predictarum conſtitutionum in notitiam luculentam cunctorum deveniat, venerabilibus fratribus & Coepiſcopis noſtris injungimus & mandamus in virtute ſancte obedientie, quatenus ipſas mox ſcribi faciant & procurent, ac anno quolibet in ſingulis eorum ſynodis coram toto clero ibi ſi commode fieri poterit, alioquin alibi legi faciant & injungant ſubditis ſuis, ut quilibet eas ſibi procuret & tenorem earum memorie commendet & maxime Archidiaconis, ut & ſuis ſubditis ſcilicet Decanis Ruralibus Camerarijs & plebanis hoc injungant &c. *Dein ſequitur conceſſio indulgentiarum.*

Digitized by Google

sumant, presertim cum umbra quedam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effectum.

Ex sinodo Domini Wolframi *Episcopi Herbipolensis.*

Detestanda eciam consuetudo in locis plurimis nostre Civitatis & Dyocesis inolevit, quod uno conjugum ante intronizationem mortuo alter superstes cum mortuo juxta feretrum, in quo est positus, per nonnullos sacerdotes, ac si ambo viverent, intronizantur. Cum igitur juxta Apostolum mortuo viro mulier sit a lege viri soluta, talia fieri de cetero districtissime prohibemus &c.

De renunciacione &c.

In eodem Concilio Domini *Petri* precipitur sub predicta pena suspensionis, quod Clericus beneficium ecclesiasticum recipere & dimittere non debet sine licencia superioris sui scilicet Episcopi loci &c.

De Scrutinio in Ordine faciendo.

In Concilio Domini *Petri* Archi-Episcopi Moguntini precipitur, quod Episcopi & eorum in hac parte Vicarij, quando debent suis temporibus ordines celebrare, committant diligenter examinatoribus ordinandorum Clericorum sub pena excommunicacionis, scilicet, ut perquirant inter cetera perquirenda a singulis ordinandis, si patres seu avi aut progenitores eorum usque ad quartam lineam descendendo captivaverint, captivatum detinuerint, occiderint aut mutilaverint temere cle-

ricum aliquem in ſacris ordinibus conſtitutum & pro clerico ſe gerentem, & ſi eſt tale factum notorium, tales clericos ad ordines non admittant; Epiſcopi vero & alij Prelati qui ſcienter tales ad beneficia Eccleſiaſtica inveſtiverint & inſtituerint, nec non prenominati examinatores, ſi in premiſſis negligenter tenuerint, ſunt propter hoc per ſuos ſuperiores per ſuſpenſionis ſententias juxta tenorem dicti ſtatuti graviter puniendi &c.

De etate & qualitate ac ordine proficiendorum &c.

In Concilio Viennenſi Domini *Clementis* Pape quinti ſtatuitur, quod nullus Canonicus de cetero vocem in Capitulo habeat, niſi ad minus ſit ſubdiaconus. Item hij, qui habent dignitates, perſonatus, officia, prebendas vel habebunt in futurum, ſi non fecerint ſe promoveri infra annum ad ordines, quos talia beneficia requirunt, vel officia, niſi de hoc excuſentur legitimis cauſis, carere debent voce capitulari & media parte diſtributionum que dantur illis, qui interſunt divinis certis horis, quo usque ad ordines predictos ſint promoti, diſſimulacio & taciturnitas aliorum de capitulo, quo ad hoc & contra premiſſa, eis nullum preſtabit ſubſidium vel juvamen. Item in eodem tytulo ex Concilio Domini *Petri* ſcribitur, quod ſi Epiſcopi vel eorum vices gerentes aliquem minorem XXV. annis ad beneficium curatum inſtituendo inveſtiverint, quod de hoc graviter ſunt puniendi per ſuos ſuperiores juxta tenorem dicti

Conci-

Concilij, *) quia talis inveſtitura eſt a jure eo ipſo irrita & inanis. In eisdem quoque ſtatutis Provincialibus ſub tytulo: de temporibus ordinacionum, de qualitate ordinandorum & de ſcrutinio in ordine faciendo precedente prohibetur ſtrictiſſime, ne aliquis ordinetur ad vicariam, niſi perpetua ſit, quia alie vicarie temporales, que pocius appellantur mercenarie, de jure inter beneficia eccleſiaſtica non computantur &c.

De Clericis peregrinis. Ex ſtatuto ſynodali Domini *Wolfframi* Epiſcopi Herbipolenſis.

Item nonnulli clerici peregrini, de quorum ordinacione, vita & converſacione non conſtat, ad Civitatem & dioceſim noſtram crebrius venientes, divinum in eis paſſim officium exequuntur ut accepimus, de ordinatione & ydoneitate ſua nobis vel Archidiaconis locorum minime facta fide, ex quo non ſolum pericula ymo etiam ſcandala in civitate & Dyoceſi noſtra apud clerum & populum non modica generantur; ſtatuimus igitur irrefragabiliter obſervandum & nichilominus noſtris ſubditis, Rectoribus eccleſiarum nec non quibusvis aliis curam animarum habentibus ſub pena ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſie precipimus per preſentes, quod de cetero tales clericos pro ſocijs & alias in miniſterium Eccleſiaſticum non

*) Scilicet: Alioquin & factum ipſum irritum & prelatum ſeu ejus vicarium hujusmodi inhibitionis temerarium transgreſſorem ex facto hujusmodi ab ejus officio decrevimus ſuſpendendum per unum annum proxime ſubſequentem.

Digitized by Google

assumant, nisi prius de ordinacione sua per litteras Dyocesanorum suorum & alias, quod honeste & clericaliter ipsi clerici se tenuerint apud notos suos per eos certificati fuerint evidenter, alioquin rectores ecclesiarum seu Curati sacerdotes qui tales clericos inprovide sic admiserint, ecclesijs suis dampnificatis per tales clericos tenebuntur ad resarcienda dampna virtute presentis constitucionis, si qua eas ex facto hujusmodi contigerit sustinere, & nichilominus super temeraria transgressione hujus statuti per locorum Archidiaconos dictos curatos decernimus, prout facti qualitas exegerit, graviter puniendos &c.

De Officio Archidyaconi. Ex statuto sinodali Domini *Andree* Episcopi Herbipolensis. *)

Precipitur quod nullus Archidyaconorum extra civitatem Herbipolensem sine licencia nostra aliquem Officialem habeat judicantem seu causas aliquas, nisi valde viles & modicas decidentem. Et quia, ubi majus periculum vertitur, caucius est agendum, sub pena excommunicacionis specialiter inhibemus, quod nulla causa matrimonialis, in qua consilium peritorum magis quam in alijs necessarium habetur, extra dictam civitatem aliqualiter decidatur, alioquin taliter judicantes tam diu ab officio judicandi suspensos manere volumus, donec de transgressione hujusmodi nobis emendam fecerint competentem &c.

De

*) e Baronibus *de Gundelfingen* Confirmati Episcopi Herbipolensis anno 1303. praefuit annis duodecim.

De Officio Vicarij. Ex ſtatuto Synodali Domini *Manegoldi* Epiſcopi Herbipolenſis. *)

Prohibetur eciam, quod nullus habeat plures vicarias, quia, cum vicarij teneantur perſonis & Eccleſijs deſervire, alienum eſt ab ordine juris, ut vicariam quis habeat preter unam, nec eciam vicarius vicarium preſumat ſubſtituere quoquo modo, nam taliter ſubſtitutus non paſtor ſed mercenarius, cujus non ſunt oves proprie, pocius eſt cenſendus, qui videns lupum fugit & dimittit oves, quas lupus rapit miſerabiliter & diſpergit. ſane cum majoribus honoribus functo inferiores recipere non ſit decens prohibetur quod nullus paſtor cujuscunque eccleſie exiſtens ſe de regimine vicarie aliqualiter intromittat, niſi de noſtra licencia hoc fiat & cauſa racionabilis id expoſcat &c.

Excommunicatio Domini *Syfridi* **) Archi-Epiſcopi Fritzlarienſis &c.

Statuitur ut Rectores eccleſiarum ſufficientem aſſignent porcionem ipſis vicarijs de bonis eccleſiarum parochiarum ſuarum, ut de ijs congruam ſuſtentacionem habere & jura epiſcopalia ac alia onera incumbentia valeant ſupportare, alioquin dictum Concilium decernit, dictos rectores huic

 ſtatuto

*) *Manegoldus a Nuenburg* teſte ſepulchrali lapide obijt 1302. Has Synodos cum omnibus in eisdem actis & actitatis ſiquis in lucem protulerit, Publico litterario gratiſſimum foret.

**) *Siffridi III.* canone IX. Concilium hoc Provinciale habitum fuit anno 1246.

ſtatuto non parentes dictis eccleſijs ſpoliandos. Item idem ſtatutum decernit providere contra maliciam ipſorum rectorum ſtatuens quod ipſi vicarij mutari non debent paſſim ſingulis annis ad voluntatem ipſorum rectorum, qui hoc propter turpem queſtum facere ſatagunt, ſed tunc demum, cum ipſi rectores actu ſacerdotes exiſtentes in ipſis eccleſijs per ſe deſervire nolunt, vel alias ipſi vicarij ex cauſis legitimis ab ipſis eccleſijs merito ſunt removendi &c.

De Officio Ordinarij. Ex ſinodo Domini *Gotfridi* Epiſcopi Herbipolenſis. *)

Licet Archi-Epiſcopus in ſubditos ſuffraganiorum ſuorum exceptis quibusdam caſibus in jure expreſſis, nullam prorſus habeat poteſtatem, nonnulli tamen veſtrum per ſimplicitatem & juris ignoranciam conſuetudinem oneroſam in noſtre jurisdictionis & honoris non modicam derogacionem & in omnium noſtrum grave prejudicium inducere minus provide preſumentes, ipſius Domini Archi-Epiſcopi & judicum ſuorum delegacionem paſſim ſuſcipiunt, precepta exequuntur & in cauſis per appellationem ad eos devolutis teſtimonium ferunt contra predeceſſorum noſtrorum ſtatuta ſuper eo in Synodis, quas celebraverant, promulgata. Ne igitur ex hujusmodi conſuetudine ſubrepticia quisquam de jurisdictione noſtra inpoſterum ſibi contra ſtatuta Canonum vendicet vel uſurpet,

*) e Comitibus ab *Hohenloe* qui praefuit Eccleſiae Wirceburgenſi annis ſeptem ſecundum quosdam novem. Obiit an. 1322.

Digitized by Google

pet, predeceſſorum noſtrorum in hac parte veſtigijs inherere volentes, vobis univerſis & ſingulariter ſingulis mandamus in virtute ſancte obediencie & ſub pena excommunicacionis & ſuſpenſionis ab Officijs veſtris late ſentencie quatinus deinceps nullus veſtrum Domini Archi-Epiſcopi Moguntini ſeu judicum ſuorum predictorum mandata ſeu precepta aliqualiter exequatur ſeu mandatis & preceptis eorum obediat vel intendat exceptis dumtaxat caſibus infra ſcriptis.

De Caſibus &c.

Caſus ſive articuli in quibus Archi-Epiſcopus habet jurisdictionem in ſubditos ſuffraganiorum ſuorum ſunt hij: Primo cum deviatur in divinis officijs a conſuetudine Metropolitane Eccleſie, ubi contraria conſuetudo & rationabilis obviet ex adverſo. Item ſi delinquerit in ejus dioceſi. Item ſi habet domicilium in dioceſi ſua. Item ſi cauſa deferatur ad eum per appellationem. Item cum abſolutus ab Archi-Epiſcopo non vult parere Epiſcopo, videlicet poſtquam ſubditus de injuſta excommunicacione de Epiſcopo ſuo conquerens fuit ab Archi-Epiſcopo canonice abſolutus, Epiſcopus ſuper eo, de quo fuit excommunicatus, ſatisfacere contempſerit, ex tunc Archi-Epiſcopus poteſt ipſum ſubditum Epiſcopi in priſtinas excommunicacionis ſententias retrudere. Item ſi cauſa criminalis eſt inter Epiſcopum & Clericum ſuum, tunc cauſa illa debet deduci in Synodum, in qua preeſt Archi-Epiſcopus. Item ſi clericus

habet

habet civilem causam contra Episcopum suum. Item quando Canonici absque manifesta & rationabili causa cessaverant a Divinis maxime in contemptum Episcopi, tunc Metropolitanus ad querelam ipsius tamquam a sede Apostolica super hoc delegatus cognita veritate ipsos poterit castigare. Item quando Episcopus est negligens in eo, quod ipse facere debet, hoc est, videlicet quod Metropolitanus constituet yconomos, quos Episcopus neglexerit habere in sua Ecclesia, yconomus autem dicitur, cui res ecclesie gubernandi mandatur. Item si aliquis conqueratur superiori de injusta sentencia excommunicacionis & appellaverit post excommunicacionem prestita caucione de stando mandatis ecclesie, est in opcione superioris, an velit absolvere eum, an remittere eum ad absolvendum eum, a quo appellavit, premissa tamen cognicione quod justa causa sit appellatum & ex vera, alioquin non transferetur jurisdiccio ad Archi-Episcopum, nec ipsum absolvere posset; si vero non appellavit, sed per simplicem querelam ipsum adijt, debet eum remittere ad inferiorem, ut ipsum absolvat, & si inferior ipsum absolvere nolit, Archi-Episcopus eum absolvat, & si periculum esset in mora propter hujusmodi remissionem, statim eum absolvat; si autem quis proponat, post appellationem legitime interpositam, se excommunicacione fuisse innodatum vel in forma excommunicacionis intollerabilem errorem fuisse patenter expressum, in casibus istis primo admittitur probacio, ut appareat, an absolvi debeat,

an

an denunciari non ligatus? si autem in istis casibus absolucio inpendi petitur ad cautelam necesse habet appellans probare primitus appellationem infra decendium, quamvis adhuc de veritate cause non constet. Item qui conqueruntur coram Superiore excommunicatoris, se irrationabiliter excommunicari vel interdicto suppositos & offerunt se ad justiciam de hijs, pro quibus sentenciam in ipsam acceperunt, Superior periculo imminente, quod in excommunicacione decedat, poterit absolvere non obstante appellacione illius, qui ipsum excommunicavit. Item si sede Episcopali vacante capitulum in spiritualibus negligenter aut perperam administraret, Archi-Episcopus ad negligenciam vel violenciam capituli, eo vocato, cause super hoc cognicione premissa, visitacionem seu administracionem ejusdem esse injustam vel indiscretam. Item cum visitat provinciam, potest literas remissionis concedere. Item cum visitat, potest subditorum suffraganiorum confessiones audire, absolvere ac penitencias injungere. Item cum ad eum defertur questio per consultacionem. Item in hijs, que tangunt Provinciam communiter. Item quoad congregacionem Concilij Provincialis, que ibi aguntur & statuuntur. Item injurijs notorijs sibi vel familie sue vel suis nuncijs, dum visitationis exercent officium, irrogatis. Item racione privilegij sibi a Papa conceſſi. Item si inter Episcopum & Capitulum suum fiat contractus aliquis super rebus immobilibus, cum tunc nec Episcopus possit esse tutor in re propria. Item

quando

quando Episcopus recusatur tanquam suspectus vel alia de causa, mittit ei partes & refert totam causam. Item ratione consuetudinis, dummodo rationabilis & prescripta &c. *)

De Majoritate & Obedientia. Ex statuto Synodali Domini *Wolfframi* Episcopi Herbipolensis.

Nulli capellani nobilium in capellis castrorum Dominorum suorum celebrare debent, nisi antea Episcopo vel loci Archidiacono obedienciam faciant manualem & ad sinodos & Capitula venire debent, recepturi mandata ecclesiastica & denunciare suis Dominis & eorum Castrensibus, cum plebani aliquando hoc facere propter eorum tyrannidem non sint ausi, qui autem ante obedienciam hujusmodi factam capellas officiaverint, suspensi & excommunicati per ecclesiarum plebanos tam diu nuncientur, donec satisfaciant & obediant, ut est dictum. Precipitur etiam sub pena excommunicacionis jam late sententie, ut si quando predam vel spolium spiritualium personarum seu etiam ecclesiasticam personam captivam ad aliquem locum adduci contigerit, sacerdotes & cappellani eorumdem locorum, postquam hoc sciunt, nullo alio super eo expectato mandato a Divinis cessabunt &c.

Ex

*) Casus isti probe notandi, ut & Episcoporum & Archi-Episcoporum authoritas intra justos limites conservetur.

Ex ſinodo Domini Wolfframi *Epiſcopi Herbipolenſis.*

Quia ex ſtatuto Concilij Provincialis Moguntini editi & promulgati contra ſpoliatores rerum Eccleſiaſticarum perſonarum, quod etiam ſacro approbante Concilio &c. In tytulo de Majoritate & obediencia, predicto eccleſiaſticis perſonis civitatis & Dyoceſis ac Provincie Moguntine, ut credimus, ſufficienter proviſum non extitit, de conſilio igitur Prelatorum & Capituli Eccleſie noſtre pro utilitate ſubditorum noſtrorum ſcilicet Eccleſiaſticarum perſonarum, eidem ſtatuto duximus auctoritate ordinaria annectendum, quod non ſolum in locis civitatis & dyoceſis noſtre, ad que dictum ſpolium deducetur, verum eciam in illis locis in quibus res eccleſiaſticarum perſonarum absque mandato judicis eccleſiaſtici competentis occupari arreſtari detineri aut aufferri ſeu detrahi domosque earum ſive quecunque edificia demoliri contigerit, in eisdem locis ceſſetur ſub pena in eodem Concilio Provinciali expreſſa ab officijs a noſtris ſubditis, divinorum &c.

Ex ſtatuto Domini Gotfridi *Epiſcopi Herbipolenſis.*

Quia per inobedienciam Prothoplaſtus Dei gracia fuit privatus & a paradiſo dejectus, hinc quidam heremite ſeu alias in ſilvis ſeu locis ſolitarijs habitantes miſericordie advertentes plebanis ſuis, intra quorum parochiarum limites commorantur, obediencie debitum ſubtrahunt & ab eis negli-

negligunt recipere ecclesiastica sacramenta, non curantes a quocumque sacerdote religioso vel seculari hujusmodi sacramenta recipere, ipsos forte nequiente solvere vel ligare, unde volentes huic errori seu negligencie salubriter obviare, statuendo decernimus, ut homines eosdem sic in incerto vagantes, quos azephales *) reputamus, ad subjeccionem & obedienciam debitam plebanis suis inposterum exhibendam hujusmodi auctoritate statuti censura Ecclesiastica compellantur.

De Procuratoribus. Ex statuto Domini *Wolfframi* Episcopi Herbipolensis.

Ubi majus periculum vertitur, ibi procul dubio consulcius ac caucius est agendum. Cum itaque, ut experiencia Magistra rerum efficax manifestat, tutale pupillorum nec non cure adultorum minorum sepe sepius in non modica ymmo gravia patrimoniorum sive substantiarum ipsorum minorum suorum parentum industria & laboribus studiosis ac multis varijsque casibus sollicite, ut plurimum, conquisitorum dispendia ac detrimenta per utili juris dispositione certa hac ullatenus non attenta per ipsorum impuberum tutores & puerorum minorum curatores plerumque suspectos desides & remissos absque curiosa providencia

*) *Acephalorum* genus est, *sine capite*, quem sequantur, ignorantium; Hos neque inter laicos secularium officiorum studia, neque inter clericos religio detentat divina, sed solutos atque oberrantes sola turpis vita complectitur & vaga. *Isidorus lib. 2. de Eccles. Offic. c. 3.*

cia ac ſollicitudine ſtudioſa illegaliter proh dolor gubernantur, ita ut ipſi plerique malivoli & maligni non tutores & curatores ſed conſumptores & dilapidatores ac ſubtractores appellari pocius mereantur, cum in ipſis revera hujusmodi officiorum nomina rebus ſeu perſonis non valeant, licet debeant, conſonare. Nos itaque huic morbo, qui communiter irrepſit, infra limites noſtrarum civitatis & dyoceſis ſalubrem adhibere medelam ſicque res ipſorum minorum ſalvas fore ex noſtro officij debito deſiderabiliter affectantes hac conſtitutione maturo ac ſano conſilio Capituli Prelatorum & ſpecialiter Archidiaconorum Eccleſie noſtre deſuper prehabito decernimus ſanciendum, ut nulla perſona nobis ſubdita Eccleſiaſtica vel mundana ſexus utriusque cujuscunque gradus ordinis condicionis aut ſtatus exiſtat, de tutela aut cura teſtamentaria legitima ſeu de cura vel alia qualicunque univerſali vel particulari bonorum pupillorum & adultorum minorum deinceps quoquo modo directe vel indirecte in toto vel in parte cuilibet intromittere ſe preſumat, niſi prius confecto publice vel legitime per eum inventario id eſt deſcriptis univerſis bonis ipſius minoris immobilibus mobilibus ac ſe moventibus coram nobis vel officiali ſeu alio a nobis vel eodem officiali noſtro ad hoc ſpecialiter deputando corporale preſtiterit juramentum videlicet omnia & ſingula utilia ipſius pupillis & adultis minoribus facere diligenter & inutilia pretermittere providenter, ipſorumque perſonas & res ad comodum & utilitatem

eorum cuſtodire & ſalvare utique bona fide & ſue adminiſtracionis racionem reddere tempore oportuno cum integra reſiduorum reſignacione ac nil alienare de bonis ipſorum minorum hijs maxime que ſervando poterint conſervari absque auctoritate judicis & decreto. Volumus eciam ac ordinamus preſentibus ſtatuentes, quod prefati tutores & curatores copiam dicti inventarij totaliter ac fideliter transſcriptam ordinario eidem Epiſcopo aut ſuo officiali pro tempore exiſtenti per ipſos conſervandam, ut tempore exitus adminiſtracionis ſue diſcerni valeat evidenter ante ſue adminiſtracionis inchoationem tradat publice & aſſignet, premiſſa autem in tutelis & curis ipſorum minorum, quorum ſubſtancia centum libras hallens: transſcendit volumus & ſtatuimus permanere & inviolabiliter obſervari, ſi vero ſubſtancia & facultates eorum ad centum libras hallens: ſe non extendant, tunc ea que premiſſa ſunt, que ad juramenti preſtacionem, inventarij conſcripti aſſignacionem coram magiſtratu municipali, coram judice ſeculari preſidente in loco, ubi ipſe impubes vel pubes minor moratur, ſicut ipſorum facultates exiſtunt, ſtatuimus fore efficaciter adimplenda. ſi quis igitur hujusmodi ſtatuti transgreſſor extiterit temerarius, ipſum, niſi infra menſem ab hujusmodi transgreſſionis tempore numerandum, reſipuerit, id ſcilicet quod in hoc canone ſeu ſtatuto continetur, effectualiter exequendum, excommunicacionis ſententiam quam ex nunc in hujusmodi transgreſſorem ferimus per preſentes

ſentes incurrere volumus ipſo facto, ſalvis nichilominus alijs penis a jure ſtatutis contra tales (pro) procuratoribus & curatoribus perperam ſe gerentes, ſic quoque Deo dante, ut firmiter credimus confidenciusque ſperamus, hujusmodi tutorum & curatorum ut plurimorum ſuſpectorum malignitas in noſtris civitate & dyoceſi ſaltem preſentis pene formidine ſibi non invenient ſucceſſorem, nec deinde minores divina ſuffragante clemencia de theſauris & divicijs ad eos ab eorum parentibus delatis in egeſtatum miſerias citra ipſorum vicium de cetero, ut hactenus lamentabiliter contigit, dilabuntur. Hoc ſtatutum pro utilitate minorum introductum per plebanos locorum annis ſingulis pluribus diebus Dominicis in theutonico in ambonibus eccleſiarum ſuarum ad populum publicetur.

De judicijs. Ex Concilio Domini *Petri* Archi-Epiſcopi Moguntinenſis. *)

*) *Petrus Arebiep.* — Quidam crudeles homines & perverſi, dum ad forum eccleſiaſticum in cauſis etiam de quibus merito eccleſia habet cognoſcere ab actoribus advocantur, illius auctoritatis, qua dicitur: qui honorat miſſum, mittentem honorat, immemores exiſtentes, nuncios eccleſiaſticorum judicum, citationis, excommunicationis vel alias judiciales & juris litteras deferentes, verbis probroſis & quandoque diris verberibus, quosdam etiam captivantes, alios interdum ſuis rebus temere & publice ſpoliantes, multipliciter afficiunt & perturbant & impediunt citationum & litterarum executiones in non modicam eccleſiaſtice libertatis contumeliam & jacturam. Conſideran-

Statuitur, quod reus nuncios acta judiciaria deferentes per se vel per alium verberans, spolians vel captivans lite eciam non contestata auctoritate hujusmodi Concilij habeatur penitus pro convicto, Actor vero in causa reconventionis, qui similia perpetrare presumit, super instituta contra reum accione nullatenus audiatur. *)

Ex statuto Domini Petri *Archiep. Mogunt.*

Precipitur eciam quod nullus vestrum nuncios nostros, officialis curie nostre seu Archidiaconorum nostrorum nostras ad vos seu ipsorum litteras deferentes ob hoc offendat aliqualiter seu perturbet aut perturbari procuret, ymo nec verbo vel opere nutu vel signo eosdem prodere presumat quomodolibet vel attemptet, alioquin contrarium facientes excommunicacionis sententiam incurrere volumus ipso facto, a qua nullum absolvi precipimus sine nostra licencia speciali &c.

De jure jurando. Statutum Synodale Domini *Wolfframi* Episcopi Herbipolensis tractum ex Concilio Domini *Petri* Archi-Episcopi Moguntinensis.

Statui-

derantes igitur malicijs hominum obviandum & non esse aliquatenus indulgendum hoc sacro approbante concilio duximus statuendum ut reus &c.

*) *Pergit Archi-Episcopus*: Et insuper uterque ac omnes alij, qui nomine & occasione eorum talia facere presumpserint, usque ad condignam satisfactionem leso & judicibus summaria cognitione super hujusmodi forefacto prehabita excommunicationis sententia percellantur.

Digitized by Google

Statuitur contra conſpiraciones quod clerici, monachi & Canonici univerſi, qui colligaciones ſive confederaciones ullas fecerint fidei vel juramenti caucione interpoſita ſive in eleccionibus faciendis ſive pro alijs quibuscunque negocijs contra ſanciones canonicas, excommunicentur, nec ex confederacione hujusmodi debet aliquis obligari &c.

De vita & honeſtate Clericorum. Ex Concilio Moguntinenſi Aſchaffenburgenſi Domini *Gerhardi* Archi-Epiſcopi Moguntinenſis.

De clericis vagabundis eſt ſtatutum, quo prohibetur quod nullus a clericis vel perſonis eccleſiaſticis recipi nec dari quicquam debeat eisdem, ut vitam ducant reprobam & infamem.

De eodem Concilio &c. Statuitur & diſtricte precipitur obſervari, quod ſacerdotes & campanarij qui ſacerdotibus ad altare circa baptismum, deportationem olei & corporis Domini ad infirmos exiſtunt, & juxta quod officium eorum requirit, miniſtrant, ſuper veſtimenta ſua ſuperpellicijs Sacerdotes & Campanarij camiſijs albis utantur, quas quidem camiſias campanariorum & ſuperpellicia ſacerdotum populus cujuslibet parochie, quando & quociens neceſſarie fuerit, de elemoſinis, que in parochia poſſunt haberi, alioquin de proprijs ſumptibus comparabit. Statuitur eciam, ut ſacerdos, qui poſt publicacionem hujus ſtatuti ſuperpellicium pro ſe & camiſiam pro campanario ſuo non habuerit infra duos menſes poſt eandem publicacionem proxime ſubſequentes, tam diu

ceſſet ab officio Divinorum, donec defectus hujusmodi ſuppleatur. Precipitur eciam, ne presbyter ſine miniſtri ſuffragio divina officia & maxime miſſarum ſollempnia celebrare preſumat attendens illud, quod dicitur: Ve ſoli, quia non habet, cum ceciderit, ſublevantem &c. *)

De eodem. ex eodem.

Contra clericos militares, qui clericali ſtemmate derelicto comam nutriunt & habitum geſtant laycalem coram prelatis ſuis & in Eccleſijs, in quibus habent beneficia, neque reverenter incedunt, ſtatuitur & precipitur, ut apoſtatantes hujusmodi, ſi, antequam a ſuis prelatis ſive Capitulis evocati & prius habitis beneficijs fuerint ſpoliati ad ſuas eccleſias ſeu prebendas redire voluerint, non aliter admittantur, niſi diſcipline clauſtralis carcerem tanto tempore ſuſtineant, quanto a ſuis eccleſijs eos conſtiterit aberaſſe, ne minus ſatisfactionis prolixitas, quam prevaricacionis diuturnitas prorogetur &c.

De

*) In eodem Concilio ordinatur: ut omnes ſacerdotes in villis extra oppida celebrantes, loco campanariorum illiteratorum perſonas de cetero habeant fide dignas legere & cantare ſcientes; que quidem perſone de ornatu parochie fideliter conſervando ſufficienti preſtita cautione univerſos redditus percipiant campanarijs laicis hactenus deputatos. Nec ab illis officijs ſine Archidiaconi conſenſu valeant amoveri, alioquin contrarium facere preſumentes per Dioceſanum vel loci Archidiaconum ad id compelli poterunt faciendum eccleſiaſticam per cenſuram.

Digitized by Google

De eodem. Ex Concilio Viennenſi Domini *Clementis* Pape *quinti.*

Statutum eſt in *Concilio Viennenſi*, quod quicunque Clericus virgata vel partita veſte utetur, niſi racionabilis cauſa ſubſit, ſi beneficiatus exſtiterit, per ſex menſes a percepcione fructuum beneficiorum, que obtinet, ipſo facto ſuſpenſus, ſi vero beneficiatus non fuerit, in ſacris tamen ordinibus citra ſacerdocium conſtitutus, per tantum tempus reddatur inhabilis ad eccleſiaſticum beneficium obtinendum. Idem quoque cenſetur de alijs clericis veſtem talem ſimul & tonſuram publice deferentibus. Clericalem dignitatem vero perſonatum ſeu beneficium aliud obtinens, cui cura immineat animarum nec non ceteri in ſacerdocio conſtituti aut religioſi quilibet ſi preterquam ex cauſa racionabili publice veſtem ferant hujusmodi aut infulam vel pileum lineum publice portent in capite, ſint eo ipſo ſcilicet beneficiati videlicet a percepcione fructuum beneficiorum, que obtinent, ſuſpenſi per annum, ceteri vero ſacerdotes & religioſi quilibet per idem tempus annale reddantur inhabiles ad quodcunque eccleſiaſticum beneficium obtinendum. Huic inſuper additur ſanccioni, ut clerici maxime beneficiati ſcatatis calligis rubeis aut viridibus publice non utantur &c.

De cohabitacione Clericorum & mulierum. Ex Concilio Moguntinenſi Fritzlar.

Statutum eſt & precipitur univerſis Prelatis, Archidiaconis videlicet & Decanis ac alijs, quorum intereſt, vicium incontinencie, quod nimis

invaluit, non fovere, ſed quovis modo corrigere vel punire, ſi qui autem talium ob queſtum turpem peccatum hujusmodi in ſuis ſubditis fovere vel alias diſſimulare preſumpſerint, per ſuos prelatos ab eisdem deſtituantur honoribus, quos accepcione ſordium talium dehonorant. Precipitur eciam, quod ſinguli Archidiaconi in Capitulis clericorum ſuorum bis vel ſaltem ſemel in anno ea legi publice faciant, & nichilominus ſemel in anno in Epiſcopali ſinodo publicentur; qui autem in hujusmodi publicacione negligens extiterit, auctoritate hujus Concilij ab officio noverit ſe ſuſpenſum. Idem ſtatutum eſt eciam & preceptum, quod, ſi quis clericorum deinceps viſus fuerit incontinencie vicio laborare, detinendo concubinam, ſi poſt admonicionem canonicam illam a ſe prorſus non expulerit, ex tunc officio & beneficio ſpolietur, qui autem amotas reſumpſerint, ſuis beneficijs ſunt privandi, ſi vero Decani vel alij eorum confratres exceſſum hunc ſcienter diſſimulare preſumpſerint, eo ipſo excommunicacionis ſentencie ſubjacebunt. Item ſacerdos, qui concubinam in domo publice auſu ſacrilego preſumpſerit retinere, & ſi ſuſpenſionis ab officio ſentencia, quam incurrit, durante, preſumpſerit celebrare, ſciat ſe ſine omni miſericordia de noſtra dyoceſi expellendum. De clericis concubinarijs ruralibus rigor ſupra expreſſus ſervetur, quorum Archidiaconi, ſi eos in ſuis iniquitatibus voluerint confovere vel eorum diſſimulare exceſſus, ſciant ab officijs ſe ſuſpenſos, & ſi in preſumpcione

ne hujusmodi permanserint, a suis dignitatibus removendos.

De clericis non residentibus. Ex Concilio Moguntino.

Statuitur, ut in Kathedralibus & in alijs collegiatis ecclesijs canonici & alij beneficiati nullas distribuciones cottidianas, que tamen residentibus & qui Divinis intersunt officijs, dari debent, in absencia percipiant, exceptis illis, quos infirmitas seu justa & racionabilis corporalis necessitas aut evidens utilitas ecclesie excusaret, contraria consuetudine non obstante; & qui illas aliter acceperint, non faciunt eas suas & ad restitucionem omnium tenebuntur. Idem eciam de distribucionibus de defunctorum Anniversarijs dandis est nichilominus observandum &c.

De institutionibus. Ex Concilio Fritzlariensi.

Statuitur, ut nullus clericus ad curam animarum ab Episcopo vel Archidyacono admittatur, nisi prius juraverit, quod nullam in accepcione beneficij, ad cujus curam est presentatus, commiserit symoniam &c.

De Concessione prebende. Ex Concilio Fritalariensi.

Statuitur, quod nullus clericus in canonicum eligi debet beneficio non vacante, *) nisi necessi-

 tas

*) Confer. *Subsid. Diplom. Tom. I. pag.* 191. ubi *Petrus* Archiep. reservavit sibi quatuor Prebendas in Ecclesia *S. Joannis Moguntiae*, eo quod contra dictam ordinationem ibidem actum fuerit.

Digitized by Google

tas juſta vel utilitas eccleſie id requirat, & tunc unus tamen & non plures aſſumi debent. ſi qui autem contra hoc ſtatutum fecerint, quod factum eſt, ipſo jure non teneat, & Epiſcopus ad tot prebendas poteſtatem habeat eligendi quod perſone fuerint ſic aſſumpte &c.

Ne ſede vacante aliquid innovetur.

Statuitur, ut quicunque defuncto Epiſcopo relicta ab eo aut ſede vacante bona eccleſie occupaverit, *) ipſo facto excommunicacionis ſententiam incurrat, quam ſucceſſor, inviolabiliter faciens obſervari, nullatenus relaxet, ſine reſtitucione & ſatisfaccione condigna de ſui capituli conſilio & aſſenſu &c.

De bonis Eccleſie non alienandis.

Item quia plures rectores Eccleſiarum parochialium ſimplicitate ac juris ignorancia & affeccione carnali, quam habent ad ſuos, ſeducti, redditus & fructus eccleſiarum ſuarum, ut accepimus, in magna quantitate vendunt vel alias alienant ad tempus, ſub quibusdam coloribus & figmentis aſſerentes, ſe velle vendicionis precium in utilitatem eccleſiarum convertere, & ſic dictum precium convertunt dampnabiliter in utilitates conſanguineorum vel alias familiarium ſuorum ex quo eccleſie, ut frequenter ſuſtinent detrimenta. Hunc igitur contractum decernimus irritum & inanem

*) Canon hic contra illos ſtatutus eſt, qui ſic dictum *jus Spolij* poſt obitum Epiſcopi exercere poſſe praetendebant.

inanem injungentes Archidyaconis locorum, ut tales ſacerdotes vel clericos, quos in hoc culpabiles invenerint, corrigant ſeu puniant ſecundum quod eos in hijs pro facti qualitate & quantitate repererint delinquiſſe, eos, quod in predictis Eccleſijs indempnes conſervent, per cenſuram eccleſiaſticam compellentes &c.

De teſtamentis & ultimis voluntatibus. Ex Concilio Fritzlarienſi.

Statuitur quod Clericus de proventibus anni gracie *) vel alijs de rebus eccleſie acquiſitis concubine ſue vel filijs ex fornicacione genitis quicquam penitus non relinquat, quod ſi fecerit, legatum non teneat, & quod taliter eſt relictum, eccleſie applicetur &c.

De eodem &c.

Statutum eſt eciam in *Concilio Viennenſi*, quod religioſi eciam exempti ad execucionem cujuscumque ultime voluntatis deputari, ad cujus execucionis officium aſſumi non poſſunt, niſi a ſuperiore ſuo

*) *Subſid. Dipl. Tom. V. pag.* 81. inter ſtatuta Eccleſiae Wimpinenſis laudabilis anni gratiae finis memoratur; Canonicus, nempe in plena perceptione fructuum ſive praebendae exiſtens ſi deceſſerit, habeat annum gratiae hoc eſt omnes ac ſingulos fructus, redditus & proventus praebendae ſuae (diſtributionibus duntaxat quotidianis exceptis) pro anniverſario vel in aliquem pium uſum convertendos, niſi de alijs bonis proprijs per ipſum relictis Creditoribus ſuis ſatis fieri non poſſet, ex tunc de tali anno gratiae talia debita diſſolvi debebunt.

Digitized by Google

ſuo petita ſuper hoc licencia & obtenta, ſi eciam prelacionis fungantur officio locorum ordinarijs debitam reddere, ipſique ordinarij ab eisdem absque dolo, fraude ſeu negligencia de ſuſcepte execucionis officio teneantur exigere racionem; illos, quos circa id delinquiſſe repererint, in aliorum exemplum pena debita, quocunque non obſtante privilegio, puniant &c.

De ſepulturis. Ex ſinodo Epiſcopi Herbipolenſis.

Conſuetudini Generali, que eſt optima legum interpres, in civitate & Dyoceſi noſtra hactenus inconcuſſe ſervate nos conformare volentes ſtatuimus, quod funus quodlibet apud alienam eccleſiam ſepeliendum prius ad parochiam deportetur. Nam ſicut funeratus a proprio curato, dum vixerit, eccleſiaſtica ſacramenta recepit, ſic eſt congruum & honeſtum, ut habendo miſſam in propria eccleſia ultimum vale recipiat ab eodem.

Animarum periculis & ſcandalis que ab hijs proveniebant obviare volentes.

Univerſis Religioſis & ſecularibus clericis cujuscumque ſtatus vel condicionis exiſtant, in virtute ſancte obediencie ac ſub interminacione malediccionis eterne diſtrictiſſime prohibemus, ne aliquos ad vovendum, jurandum vel fide interpoſita ſeu alias promittendum inducant, ut apud eorum eccleſiam ſepulturam eligant vel electam ulterius non

*) *Bonifacij VIII.* PP. ordinatio an. 1298. facta extat in 6. *Decretal. Tit. de ſepult. cap.* 1.

non inmutent. Nos enim, si secus actum fuerit, eleccionem talem decernimus nullius penitus existere firmitatis statuentes, ut hij, qui sic elegerint, neque apud sic electas ecclesias nullatenus sepeliri, nec alibi, ne contra votum, juramentum aut promissum, hujusmodi a se factum materiam habeant veniendi, possint eligere sepulturam, sed contradiccione quacunque cessante sepeliantur omnino circa alias ecclesias, apud quas sepeliendi de jure fuissent, si alias sepultura non electa forsitan decessissent, si vero ijdem religiosi vel clerici predictos in suis ecclesijs vel cimiterijs presumpserint sepelire, ad restitucionem tam sepultorum corporum, si petantur, quam eciam omnium que occasione sepulture illorum pervenerint quomodolibet ad eosdem, infra decendium integraliter faciendam ipsos obligatos censemus, quam nisi fecerint, ecclesie ipse apud quas sepulti fuerint, nec non cimiteria earumdem, ex tunc eo ipso & tamdiu remaneant ecclesiastico suppositi interdicto, donec ab eis facta fuerit restitucio omnium predictorum.

De statu monachorum &c.

Statutum est in *Concilio Viennensi*, quod singulis mensibus tam in monasterio quam extra sublata occasione quacumque, ad confessionem saltem semel accedant omnes & singuli monachi & in prima Dominica mensis cujuslibet in monasterio semper communicent, nisi ex causa forte, quam Abbati Priori aut primarijs Monasterij non differant intimare, eorumque judicio vel abstineant

vel

vel accedant. Regula quoque, cum in capitulo legitur ab illo, qui preeſt ipſi capitulo vel ab alio, cui ipſe injunxerit, propter minores vulgariter exponatur. Novicijs eciam fidelis deputetur inſtructor tam in divinis officijs quam in obſervancia regulari. Rurſus ut ipſis monachis proficiendi in ſciencia via oportuna non deſit, in ſingulis ipſorum monaſteriorum, quibus ad hoc ſuppetunt facultates, ydoneus teneatur Magiſter, qui eos in primicijs ſciencijs inſtruat diligenter.

Ex Concilio Moguntino.

Statuimus inſuper, ut in ſingulis monaſterijs feneſtre parlatorie *) duplicata habeant ferramenta, & ut moniales ſuis Prepoſitis & Prelatis in rebus licitis & honeſtis obediant, nec cuiquam alij preter eorum licenciam ſua confiteantur peccata. Ipſi eciam Prepoſiti & Prelati clauſtra monialium non introeant, niſi ſumma, magna & evidens neceſſitas id expoſcat &c.

De eodem.

Compaternitatem a monachis & monialibus contrahi diſtriccius inhibemus, ſtatuentes, ut, ſi aliqua clauſtra monialium ad inopiam tantam devenerint, quod ibi de proventibus monaſterij ſuſtentari non poſſunt, & ab amicis panem, vinum, denarios vel aliquid hujusmodi transmittatur eisdem, non hoc prius recipiant, quam Magiſtre vel Abba-

*) Parlatorium, locus colloquijs deſtinatus in monaſterijs vulgo *parloir*. *Bernardus Mon. in conſuetudinin. Cluniacens.*

Digitized by Google

Abbatiſſe id ſignificent, ut de ejus arbitrio, quod de hoc, quod miſſum eſt, fieri debeat, ſtatuatur & labores earum veniant in commune. quod & de monachis irrefragabiliter volumus obſervari &c.

De eodem.

Statuimus eciam, ut juxta Concilium proxime celebratum monachi ac alij religioſi quilibet alterius coloris veſtibus quam eorum ordini congruat, non utantur, ſive cottidiane ſive pluviales exiſtant; Monaſteria ſanctorum *Auguſtini & Benedicti* juxta obſervacionem ſue regule efficacius reformentur. Prohibemus diſtricte, ne aliquis Abbas vel Abbatiſſa duas habeat Abbacias & eciam nulli monacho vel moniali duo officia in monaſterio aſſignentur, niſi Abbatis providencia de aſſenſu Capituli propter evidentem utilitatem monaſterij id duxerit ordinandum.

De eodem.

Nullus monachus in Abbatem & ad aliquod officium, niſi dudum expreſſe profeſſus fuerit, aſſumatur, &, ſi qui jam taliter ſunt aſſumpti, a ſuis removeantur officijs & alij ſubſtituantur eisdem, quod de monialibus eciam decernimus obſervandum.

De eodem.

Hoc priori Concilio in non profeſſorum odium adjungentes, ut, cum juxta decretum *Pelagij* Abbas ſit a monachis eligendus, nullus omnino non profeſſus, quantumcunque temporis diuturnitate in religione duraverit, ad eleccionem Abbatis aliquatenus admittatur, nec ei valeat ſuffragari ſive

de

de facto ſive de conſuetudine ſcilicet, quod una cum ceteris monachis ad tractatus alios eccleſie antea ſit admiſſus.

De eodem.

Monachi *) jam adulti, ſi poſt annum probacionis in manus Abbatis profeſſionem facere recuſaverint, de monaſterio expellantur, quod eciam de monialibus obſervetur &c.

De eodem.

Nullus monachus vel monialis in duobus monaſterijs locum habeat vel prebendam. Item quicquid monachus vel monialis, undecunque provenerit, adquirit, ſuis applicare uſibus non preſumat, ſed totum in communes uſus monaſterij redigatur.

De eodem.

Nullus monachus vel monialis proprium quid habeat, & qui proprium in morte habuiſſe fuerint deprehenſi, eccleſiaſtica careant ſepultura, & ſi ſepulti ſunt jam, exhumentur. ſi qui vero ipſorum ad mandatum ſui Prelati proprijs renunciare noluerint, de monaſterio expellantur &c.

De eodem.

Ludos alearum, Cartarum, Schacorum, taxillorum, anulorum & globorum monachis & monialibus prohibemus diſtricte. Item Abbates & monachi mantella vel chirothecas non portent nec pannos de nigro bruneto, ſed quanto poſſunt haberi

*) In Concilio *Petri* habetur: *Novitij* jam adulti.

beri precio viliori, juxta quod precipit regula eorundem &c.

De eodem.

Abbates in communi dormiant in dormitorio cum ſuis monachis & in refectorio communi veſcantur, niſi quando juſta neceſſitas propter magnos & hoſpites honeſtos id fieri minime compellat. Idem de Abbatiſſis ſtatuimus obſervandum.

De eodem.

Item tam Abbatibus quam monachis vulpina pellicia & de cuniculis prohibemus, ſed agninis tantum utantur.

De eodem.

Item monachi calcios ſtrictos, *) qui ſtivales dicuntur, non habeant ſed alios ſue regule competentes &c.

De eodem.

Item Abbates cappas rotundas ad modum Epiſcoporum in uſu cottidiano non portent, ſed cum manicis, ut eorum ordo poſtulat & requirit, nec ipſi nec monachi, qui equitant, mantella deferant ſuper cappas, quas clauſas fore cenſemus &c.

De eodem.

Hoc eciam ſtatutum lucidius declarantes ſtatuimus, ut tam monachi quam Abbates in cappis nigris equitent & rotundis, vel in habitu uſitato &c.

De

*) Ocreas leviores, quae ſunt calceorum ſpecies Italis ſtivále, gallis ſtivelé germanis ſtiefel.

De eodem.

Insuper prohibemus districte ne occasione qualibet secularis persone domos vel habitacula sua faciant juxta monasteria monachorum, quia frequenter ex hoc contra monachos siniſtra presumpcio est exorta, nisi forte alicui persone omni suspicione carenti id de consensu & auctoritate dyocesani Episcopi permittatur. Abbas vero qui contra hoc presumpserit, gravi subjaceat ulcioni &c.

De eodem.

Item Abbas nullus monachum alterius monasterij sine litteris dimissorijs proprij Abbatis in suo monasterio recipere vel tenere presumat. Item monachi in refectorio carnibus non vescantur nisi in infirmatorio, dum egrotant.

De eodem.

Item quicunque monachus in lapsum carnis ceciderit, de quo fuerit manifestum, ad nullam amplius dignitatem nec ad aliquod officium monasterij assumatur, nisi propter manifestam emendacionem & honestam ac religiosam conversacionem ipsius per dyocesanum Episcopum secum fuerit misericorditer dispensatum. Eidem quoque pene subjaceat, si de hoc infamatus fuerit, nec canonice potuerit se purgare, & in penam sui criminis de cetero ultimus sit in choro, in capitulo vocem non habeat ad aliquam monasterij ordinacionem tractandam, nisi propter emendacionem manifestam Abbatis providencia de consensu conventus ipsum duxerit admittendum; si vero Abbas

bas vel monachus in officio conſtitutus in ſimilem lapſum ceciderit, a ſuo ſtatim removeatur officio, quod & circa Prepoſitum fieri volumus, ſi de hoc infamatus fuerit, niſi canonice ſe expurget, & nichilominus penis illis ſubjaceat, que de ſimplici monacho ſuperius ſunt expreſſe. Idem de Abbatiſſis & monialibus ſtatuimus obſervandum. Et hec omnia que ſtatuta ſunt de monacho circa continenciam, propriorum abdicationem & ſimilia, ad Canonicos regulares volumus extendi, licet quoad eſum carnium & quedam alia regule inſerviant laxiori.

De eodem.

Plerique religioſi, maxime Ordinis *S. Benedicti* non verentur convivia celebrare, ſeculares eciam perſonas ad ipſa cenobia pro commeſſacionibus invitantes, ex quo non ſolum ſcandalizantur extranei confratres, ymo eorum religio diſſolvitur & honeſtas monaſtica deformatur. Cum igitur juxta ſacrorum Canonum ſtatuta & Venerabilium Conciliorum decreta monacho non liceat, undecunque pervenerit, aliquid ſuis uſibus propriare privatis, ſacri Concilij approbacione talia de cetero ex quacunque cauſa fieri prohibemus, ſi quis autem transgreſſor extiterit, pro qualibet transgreſſione carceralem octo dierum in graviori culpa ſubeant diſciplinam.

De eodem.

Preterea & ſi contra moniales de ſuis clauſtris propter aliquos enormes exceſſus ac animi levitate fugientes & in ſeculo ſeculariter per aliqua tem-

porum ſpacia converſantes & tandem penitencia ducte ad clauſtra, de quibus fugere preſumpſerint, humiliter redire volentes, quibus certe & varie pene juxta qualitatem excedencium a ſuis Prioribus ſunt ſtatute, quidam tamen Abbates & Abbatiſſe ac ceteri Magiſtratus penis in ſacris Canonibus exiſtentibus non contenti, graviores & quaſi inportabiles penas ipſis in ſui reverſione imponere non verentur, vel quod deterius eſt, easdem perſonas quantumcunque humiliter poſtulantes aditum ad ſua clauſtra, ex quibus taliter exiverunt, admittere unanimiter contradicunt. Cum ergo juxta ſacrorum Canonum diverſas auctoritates pene non ampliande ſed pocius ſint relaxande, & longe ſecurius ſit de miſericordia quam de crudelitate reddere rationem, cum eciam Dominus per os Prophete pollicitus ſit, ſic dicens: Peccator in quacunque hora converſus fuerit & ingemuerit, omnium iniquitatum ſuarum amplius non recordabor. Nos attendentes, quod ubi Pater familias largus diſpenſator exiſterit, non decet famulum eſſe tenacem, ut peccandi materia & occaſio perſonis talibus precludatur, provida deliberacione Concilij hujus decrevimus ſtatuendum & ſub pena ſuſpenſionis Univerſis Abbatibus & Abbatiſſis & ceteris monaſticis magiſtratibus cujuscunque ordinis aut condicionis exiſtant aut quocunque nomine appellentur, injungimus firmiter & diſtricte, ut ſuis fratribus & ſororibus in Apoſtaſie labem ex quacunque cauſa prolapſis deſiderantibus & appetentibus cum humilitate & devo-

cione

cione regreſſum, ſinum miſericordie, quam alma mater eccleſia nulli penitenti claudere conſuevit, more pij patris familias, qui filium primo prodigum & poſtmodum penitentem, paterne recepit, liberaliter ſtudeant aperire, itaque hujusmodi perſonas, redire ad ſua clauſtra volentes admittant, quantumcunque exceſſus ſit gravis, nec victus nec veſtitus ſubtrahatur eisdem, ſed alias, ſicut prediximus, regulariter puniantur, alioquin predictam ſuſpenſionis ſententiam per ordinarios locorum ſeu officiales eorum in omnes contradictores procedente tempore, juxta quod eorum protervia meruerit, precipimus promulgari.

De Beginabus *) *& Bechardis ſive religioſis domibus, ut Epiſcopo ſubſint.* Ex Concilio Moguntinenſi.

*) Alia *Beguinarum* ſpecies in *Belgio* introducta exiſtit a Seculo XIII. quae primitus nullam profeſſionem emittebant. Seculo XIV. etiam ibidem ob varios eisdem imputatos errores non modicas ſubiere vexationes ita ut eorum ſtatus fuerit damnatus. *Joannes XXII.* declaravit dein, non omnes Beguinas ea damnatione comprehendi praecipiens inſuper, ut Epiſcopi Belgicas Beguinas a vexatione tutarentur. Vid. *Van Eſpen jus Eccleſ. part.* 1. *Tit. XXXIII. C. III.*

Schannat anno MDCCXXXI. *Pariſijs* chez *Girardau palais* fecit inprimi Litteras a Mlle *de G. Beguine d'Anvers* ſur l'origine & le progres de ſon inſtitut. avec figures 8. pag. 6. de etymo nominis haec adducit — j'ai oui dire pluſieurs fois, qu'on l'inſtitut attribuoit a *Beatrix* Reine de

Statuitur quod ſecta & habitus nec non conventicula Bechardorum clamancium per plateas & vicos civitatum, opidorum & villarum hoc vulgare: ein prot umb Got, & quelibet alie ſingularitates a ſancta Dei Eccleſia non recepta, ſint penitus reprobate. Et mandatur univerſis plebanis per Civitatem & Dyoceſin & Provinciam Moguntinenſem conſtitutis, ut eosdem Bechardos *) publice

de Boheme & a ſes deux filles *Ghiſelle* & *Nazarene* & qu'en memoire d'un fait ſi beau on avoit formé par les ſyllabes initiales de chacun de ces trois noms, a ſavoir Be. Gui. Na. celui de Beghine que vous portez. Il y en a au contraire qui ſoutiennent, que l'on vous a appellez *Beguines* du mot flammand *beginnen* qui ſignifie *commencer*, comme ſi par la l'on avoit voulut donner malicieuſement a entendre, que vous n'avez fait que commencer a quitter le monde & que vous n'etes encore gueres avancées dans le chemin de la ſpiritualité. D'autres ayant fait attention ſur la maniere toute ſinguliere de vous coiffer ont crû que cette petite pointe en forme de *bec* d'oyſeaux, que vous faites deſcendre ſur le front, ou bien que celinge, qui entourant toute vôtre tête vient ſe rejoindre ſuos le menton en forme de *beguinne* que l'on met d'ordinaire aux petits enfants, avoit donné lieu au meme nom.

*) Contra hos etiam in *Concilio Trevirenſi* an. 1310. habito apud *Hontheim hiſt. Trev. Dipl. Tom. II. p.* 51. Item cum quidam ſint laici in civitate Trevirenſi dioeceſi & provincia, qui ſub praetextu cujusdam ſanctae religionis Beghardos ſe appellant, cum veſtibus talaribus & tunicis longis

&

lice tribus diebus Dominicis admoneant, ut hujusmodi ſingularitatibus derelictis ſe teneant ſicut alij Criſtiani & quod non predicent in cameris & in alijs locis publicis & ſecretis & non conveniant cum beginis ſe conformantibus eisdem moribus, habitu & inceſſu, alioquin extra parrochias ſuas expellant eosdem. Idem eciam de beginis peſtiferis eſt ſtatutum &c.

Ex Concilio Viennenſi.

Cum de quibusdam mulieribus beginabus vulgariter nuncupatis, que, cum nulli promittant obedienciam, nec proprijs renuncient, neque profiteantur aliquam regulam approbatam, religioſe nequaquam exiſtunt, habitum qui beginarum dicitur, deferant, & adhereant religioſis aliquibus,

& capucijs largis otio intendentes ac labores deteſtantes, conventicula inter ſe aliquibus temporibus faciunt & conſervant, ſeque fingunt coram perſonis ſimplicibus expoſitores ſacrarum ſcripturarum, nos vitam eorum, qui extra religionem approbatam veluti mendicantes diſcurrunt, merito reprobantes, monemus omnes & ſingulos hujusmodi Beghardos, quos etiam a quolibet parrochiali presbytero in ſua parrochia moneri volumus diligenter, ut intra quindenam a praemiſſis deſiſtant & de laboribus ſuis vivant, circa laboresque ſicut coeteri homines ſe exponant, alioquin ipſos & quemlibet eorum, quos excommunicamus in his ſcriptis denunciari in parrochialibus eccleſijs excommunicatos praecipimus & mandamus ſingulis diebus dominicis & feſtivis. Confer. Conſtitutio *Clementis V.* PP. de Haereticis, quae infra ſequitur.

quibus, ad quos ſpecialiter trahitur affectio earumdem, nobis fide digna relacio inſinuata extiterit, quod earum alique quaſi producte in mentis inſaniam de Summa Trinitate ac Divina eſſencia diſputent & predicent ac circa fidei articulos & eccleſie ſacramenta opiniones catholice fidei contrarias introducant & multos ſuper hijs decipientes ſimplices in errores diverſos inducant, aliaque quam plurima ad pericula animarum pertrahentia ſub quodam velamine ſanctitatis faciant & committant, Nos tam ex hijs, quam ex alijs de ipſarum opinione ſiniſtra frequenter auditis, eas merito ſuſpectas habentes, ſtatum earumdem ſacro approbante Concilio perpetuo prohibendum duximus & a Dei eccleſia penitus abolendum, eisdem & alijs mulieribus quibuscunque ſub pena excommunicacionis, quam contrarium facientes incurrere volumus ipſo facto, injungentes expreſſe, ne ſtatum hujusmodi dudum forte ab ipſis aſſumptum quoquo modo ſectentur ulterius vel ipſum aliquatenus de novo aſſumant predictis vero religioſis, per quos eedem mulieres in hujusmodi beginagij *) ſtatu voveri & ad ipſum ſuſcipiendum induci dicuntur, ſub ſimili excommunicacionis pena, quam eo ipſo, quum ſecus egerint, ſe noverint incurſuros, diſtrictius inhibemus, ne mulieres aliquas, predictum ſtatum ut premittitur, dudum aſſumptum ſectantes aut ipſum

*) Beguinagium, conventus vel inſtitutum Beguinarum, Beghardorum. *in Clement. un. tit. de religioſis domibus.*

ipsum de novo forsitan assumentes quomodocunque admittant, ipsis super eo sectando vel assumendo prebentes ullo modo consilium, auxilium & favorem, nulla contra premissa privilegio valituro. Sane per predicta prohibere non intendimus, quando, si fuerint fideles alique mulieres, que promissa continencia vel eciam non promissa, honeste in suis conversantes hospicijs penitenciam agere voluerint & Virtutum Domino in humilitatis spiritu deservire, hoc eisdem liceat, prout ipsis Dominus ministrabit &c.

De jure patronatus. Ex Concilio Moguntinensi.

Statuitur, quod si Clericus sive laycus Ecclesie patronus, rectore ejusdem defuncto spoliat dotem & Ecclesiam, jure presentandi est ea vice privatus & superior Ecclesiam illa vice conferre debebit. statutum est eciam contra patronos ecclesiarum, qui bonis ecclesiarum clericorum decedencium sibi usurpant contra statuta Concilij Lugdunensis, ut a jure patronatus & presentandi cadant ipso facto adicimus ad predicta.

Ex Sinodo Domini Wolframi *Episcopi Herbipolensis.*

Item prohibemus in virtute Sancte obediencie & sub pena suspensionis late sentencie & sub obtestacione Divini judicij, ne sacerdotes & alie ecclesiastice persone a patronis ecclesiarum ad ecclesias parochiales vacantes nomine & vice alicujus minoris, impuberis vel alterius etatem legitimam

non habentis ſe faciant pro veris rectoribus preſentari, quia ex iſto execrabili abuſu, qui irrepſit, proch dolor, in noſtra civitate & dyoceſi, ut accepimus, eccleſia Dei & anime fidelium dampnabiliter decipiuntur, preter alia mala, que ex hijs pollulant, ac eciam ipſa eccleſia inficitur ſymoniaca pravitate; qui quidem ſic inſtituti apud laycos *Kirchentreger* vulgariter nuncupantur, & qui hactenus preſentati ſic fuerant fraudulenter, eas a ſe abdicent & reſignent, quod eis ſub predicta ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſie pena firmiter precipimus per preſentes.

De celebratione miſſarum. ſtatutum ex ſinodo Domini *Wolframi* Epiſcopi Herbipolenſis.

Ad decorem domus Domini & ad cultum Divini officij inibi ampliandum & ut Criſti fideles ad divinorum officiorum frequenciam ac eciam devocionem ſalubrius incitentur, ſtatuimus & ordinamus & nichilominus curatis ſacerdotibus in virtute ſancte obediencie injungimus per preſentes, quod ipſi de cetero in eccleſijs ſuis debitis horis cottidie pulſato campane ad hoc ſigno non in cameris ſeu ſtubis ſeu alijs locis, ut nonnulli ex eis hactenus facere ex acedia conſueverunt, ſaltem matutinum & veſpertinum officium dicant, cum comode fieri poterit, niſi eos quandoque inevitabilis neceſſitas & impedimentum legitimum ab hoc retrahat & excuſet. Quia ex iſto abuſu plures libri eccleſiarum hujusmodi furtim aſportantur, ac eciam in locis prohibitis deteriorantur graviter

ipſi

ipſi libri, alioquin ad ſolucionem librorum ſic perditorum & deterioratorum juxta modum prehabitum dicti plebani tenebuntur & nichilominus ſuper eo per ſuos archidiaconos puniantur.

De eodem.

Item antiquam Eccleſie noſtre matris veſtre conſuetudinem, que retro temporibus in diſuetudinem dudum abijt negligenter, renovare volentes, ſtatuimus ymo eciam omnibus Clericis Civitatis & Dyoceſis noſtre maxime curatis precipimus in virtute ſancte obediencie in hijs ſcriptis, ut in ordine & divino officio ac in feſtorum mobilium dierumque celebrium indiccione Dominicalium quoque hyſtoriarum inpoſicione communis ſeptimane & jejuniorum publicacione & obſervacione quoad ſe & ſubditos ſuos in omnibus ipſi noſtre ſe conforment, quem divinum ordinem in ſcriptis a ſuccentore Eccleſie noſtre de cetero in perpetuum ſingulis annis recipere tenebuntur & quod in die ſancti *Kyliani* *) & *Dedicationis* ejusdem *eccleſie* ſollempniter celebratur, eisdemque diebus & in ſeptimana Penthecoſtes cum plebibus ſuis eandem eccleſiam noſtram devote viſitent Eccleſiarum plebani, qui & quorum predeceſſores ab antiquis temporibus hoc facere conſueverunt. Ipſi quoque plebani in diebus *patronorum* & *Dedicationis eccleſiarum* ſuarum ſollempnes ferias una cum plebe teneant & obſervent &c.

De

*) Octava Julij.

De eadem ſynodo:

Item in die *Dedicationis Eccleſie* noſtre, qui occurrit in die *Columbani*, *) Divinum officium plebani locorum Dioceſis noſtre de martiribus peragant & obſervent.

De eadem:

Item Anniverſarium Venerabilis Domini *Brunonis* quondam Epiſcopi Herbipolenſis per noſtros ſubditos Civitatis & Dyoceſis noſtre ſabbato poſt diem beati *Urbani*, **) quo feliciter diem extremum clauſit, peragi precipimus juxta antiquam conſuetudinem humiliter & devote.

De eadem:

Statuit *Concilium Moguntinum* inhibendo ſub pena excommunicacionis ferende, ut patet ex ipſo ſtatuto ejusdem XIII. late ſentencie, ut nullus ſacerdotum noviciorum illa die, qua celebrare debuerit primam miſſam, oblaturus Deo primicias gracie & ſalutis ſibi collate, aliquos ad convivium invitare aut invitatos habere per ſe vel per alium nullo modo preſumat, ſed ad ſolum Deum dirigat aciem ſui cordis remotis vanitatibus hyſtrionum curſibus, tumultibus & inſolencijs reproborum &c.

Ex Concilio Viennenſi.

Nonnulli Clerici horas Canonicas dicere ſeu pſallere preſumunt transcurrendo, ſincopando, extranea quidem & plerumque vana prophana & inho-

*) Vigeſima prima Novembris.
**) Vigeſima ſexta Maji.

inhoneſta intermiſcendo colloquia, tarde ad chorum conveniendo ſeu Eccleſiam ipſam absque rationabili cauſa ante finem officij exeundo, frequenter aves interdum portando ſeu portari faciendo canesque venaticos ſecum ducendo ac quaſi nichil pretendentes de clericali milicia in corona, veſtibus & tonſura, divina eciam celebrare ac eis intereſſe minus devote preſumunt. Nonnulli eciam tam clerici quam layci preſertim in certis feſtis, dum in eccleſijs oracioni inſiſtere deberent, non verentur in ipſis eorumque cimiterijs coreas facere diſſolutas ac eciam interdum canere cantilenas ac multas inſolencias perpetrare, ex quibus eccleſiarum & Cimiteriorum violaciones, inhoneſta variaque delicta quandoque ſequuntur & eccleſiaſticum plerumque perturbetur officium in Divine Majeſtatis offenſam & aſtancium ſcandalum plurimorum. In multis inſuper eccleſijs cum vaſis, veſtimentis & ceteris ornamentis ad divinum cultum neceſſarijs indecentibus utique penſatis eorum facultatibus deſervitur, que omnia & ſingula Viennenſe Concilium interdicit.

De Baptismo & ejus effectu. ex Concilio Fritzlarienſi.

Baptismus cum ſumma reverencia celebretur maxime in diſtinccione & prolacione Verborum in quibus ſacramenti virtus conſiſtit hijs ſcilicet verbis: Ego baptizo te in nomine Patris & filij & ſpiritus ſancti Amen. Doceant etiam Sacerdotes tam mares quam feminas in neceſſitate parvulos baptizare eadem forma in ſuo ydiomate, & quod

matres

matres & patres infantes proprios, ſi ſumma neceſſitas exigit, poterunt baptizare, & ſi ſacerdotes ſuper hoc diligencius inquirentes, debitam formam ſervatam in baptismate invenerint, quod factum eſt approbent, ſupplentes circa baptismum quoad unctionem olei in pectore & in ſcapulis & Crismatis in vertice, quod a laycis eſt obmiſſum. ſi autem in baptismate debitam formam non invenerint obſervatam, non differant pueros baptizare.

De Cuſtodia Eukariſtie. Ex Concilio Moguntino.

Item ſtatuimus ut in Cunctis Eccleſijs baptismus, Crisma, oleum & Eukariſtia ſub fideli cuſtodia clavibus adhibitis conſerventur, ne poſſit ad illa temeraria manus extendi. palle quoque altaris, vaſa, corporalia & veſtimenta miniſtrorum munda & nitida conſerventur, nimis enim videtur abſurdum, in ſacris ſordes negligere, que dedecerent eciam in prophanis. Precipitur ex ſtatuto Domini *Wolfframi* Epiſcopi Herbipolenſis, quod ſingulis annis ſacerdotes curati in cena Domini vaſa munda *Herbipolim* transmittant ad recipiendum in eis Crisma & oleum ſanctum, que quidem vaſa debent eſſe debitis karacteribus conſignata &c.

Ex Concilio Viennenſi.

Prohibetur eciam in preſenti *Concilio Viennenſi*, ne quis de cetero in aulis aut cameris aut alijs privatis locis ſeu domibus, ſed dumtaxat in eccleſijs, in quibus ad hoc fontes ſpeciales ſunt deputati,

Digitized by Google

tati, aliquos, niſi Regum vel Principum, quibus valeat in hoc caſu deferri, liberi extiterint, aut talis neceſſitas emerſerit, propter quam nequeat ad eccleſiam absque periculo propter hoc acceſſus haberi, audeat baptizare. Qui autem ſecus preſumpſerit aut ſuam in hoc preſenciam exhibuerit, taliter per ſuum Epiſcopum caſtigetur, quod alij attemptare ſimilia non preſumant.

De obſervatione jejuniorum. Ex Concilio Fritzlarienſi.

Ad hec eciam prohibemus, ne quis adultus pariter & discretus ordinaria vel ſtatuta jejunia utpote quadrageſimale, quatuor temporum & vigiliarum preſumat infringere nec hujusmodi neceſſaria propter votiva & extraordinaria jejunia violentur, cum tale dampnum tali lucro Deus nolit recompenſari. Inherentes priori Concilio, pravam quorumdam conſuetudinem reprobamus, qui ſextam feriam violant ſabbato, quarta feria vel alia die ebdomade jejunantes, hec de cetero fieri ſacri auctoritate Concilij firmiter prohibemus &c.

Ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminucione conferantur. Ex Concilio Fritzlarienſi.

Cum beneficia Eccleſiaſtica ſine diminucione conferri debeant, quidam prelati perſonis ydoneis pretermiſſis tales ad ea preſentant, qui porcione aliqua debeant eſſe contenti, reliquum ſuis uſibus totaliter applicando, unde ad hujusmodi mali perniciem extirpandam ſtatuimus, quod ſi tales clerici ſe portione debita ſpoliari videntes ad ſuum

Epi-

Epiſcopum querelam non detulerint, auctoritate hujus concilij ſint ipſo jure ſuſpenſi, & nichilominus eisdem eccleſijs ſpolientur per Epiſcopum & presbitero ydoneo provideatur de ipſis. ſi vero ad ſuperiorem ſuper hoc detulerint queſtionem, ipſe patronum per cenſuram eccleſiaſticam ab hujusmodi moleſtacione compeſcat, adicientes nichilominus, quod, ſi in hoe pertinax patronus exſtiterit, ad preſentacionem talis eccleſie, cum proxime vacaverit, nullatenus admittatur.

De immunitate Eccleſiarum. Ex Concilio Moguntino.

Primo ſtatuto excommunicantur omnes, qui Deo dedicatas eccleſias auſu ſacrilego prophanantes faciunt municiones de ipſis & ad confirmandum eas perfodiunt cimiteria, oſſibus mortuorum ejectis, omnes eciam opem vel operam, conſilium vel juvamen preſtantes excommunicacionis ſunt ſentencia innodati. Eccleſie eciam taliter prophanate & nichilominus omnia illa loca, in quibus auctores opem auxilium vel juvamen preſtantes habent domicilia vel receptacula, ſunt auctoritate Concilij Moguntini eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto & familie eorum ſubtrahi debent ſacramenta & eccleſiaſtica ſepultura, donec cum debita ſatisfaccione ipſa municio deſtruatur &c.

De eodem ſtatuto Domini Bonifacij VIII.

Eos, qui temporale dominium obtinentes ſuis ſubditis, ne prelatis aut clericis ſeu perſonis eccleſiaſticis quidquam vendant aut emant aliquid

ab

ab eisdem, ne ipſis bladum molant, coquant panem aut alia obſequia exhibere preſumant, aliquando interdicunt, dum talia in derogacionem libertatis eccleſiaſtice preſumantur, eo ipſo excommunicacionis ſentencie decernimus ſubjacere.

De ſponſalibus & matrimonijs. Ex Concilio Moguntinenſi.

Statuitur, ut matrimonium cum reverencia & honore in conſpectu eccleſie celebretur, ſic, ut cum matrimonium fuerit contrahendum in eccleſijs publice per parochialem presbyterum tribus diebus Dominicis & feſtivis a ſe diſtantibus publice proponatur, ut ſi quod impedimentum matrimonij contrahendi noverint aliqui, illud infra terminum competentem ab ipſo presbytero prefigendum in facie eccleſie ſine difficultate revelent. Excommunicacionis quoque ſentencia in genere proferatur in omnes hujusmodi inpedimentum celantes. ſi quis autem non premiſſa denunciacione clandeſtina vel interdicta conjugia inire preſumpſerit eciam ignoranter, ſoboles de tali conjuncione ſuſcepta illegitima eſt cenſenda, parochialis eciam ſacerdos, ſi tales conjunciones prohibere contempſerit, aut quilibet eciam regularis, qui eis preſumpſerit intereſſe, per triduum ab officio ſuſpendatur, quibus quidem ſacerdotibus in virtute ſancte obediencie injungimus diſtriccius in hijs ſcriptis, ut hoc ſalutare ſtatutum & penas in eo expreſſas in qualibet parte anni in ambonibus eccleſiarum ſuarum duobus diebus Dominicis ad plebem publicent, ne quis per ejus ignoranciam

excuſare ſe valeat, ne penas, de quibus predicitur, incurrat &c.

Ex ſinodo Domini Wolfframi *Epiſcopi Herbipolenſis.*

Statuimus, ut nullus cujuscunque condicionis exiſtat, viros ſeu mulieres per vim, coaccionem ſeu metum, qui poteſt cadere in conſtantem, matrimonia contrahere cogat aliqualiter ſeu compellat presbiterum, ubi impedimenta legitima obſervare noſcuntur. Quare ſiquis contrarium attemptare preſumpſerit per ſe vel per alium vel alios directe vel indirecte, eundem preſumptorem & alios quoscunque ſibi ad hoc auxilium, Conſilium vel favorem preſtantes, excommunicacionis ſentencie ipſo facto decernimus ſubjacere, nam eſt difficile, ut bono exitu peragantur, que ſunt malo principio inchoata.

De Conſanguinitate & affinitate. Ex Concilio Viennenſi.

Eos, qui divino timore poſtpoſito in ſuarum periculum animarum ſcienter in gradibus conſanguinitatis & affinitatis conſtitucione canonica, interdictis aut cum monialibus contrahere matrimonia non verentur, nec non religioſos & moniales ac clericos in ſacris ordinibus conſtitutos matrimonia contrahentes, excommunicacionis ſentencie decernit Viennenſe Concilium ſubjacere, precipiens Eccleſiarum prelatis, ut illos, quos ea conſtiterit taliter contraxiſſe, excommunicatos publice tam diu nuncient ſeu a ſuis faciant ſubditis nun-

nunciari, donec ſuum humiliter recognoſcentes errorem ſeparentur ab invicem & abſolucionis habere beneficium mereantur &c.

De ſimonia. Ex Concilio Aſchaffenburgenſi.

Statuitur, quod quicunque pro Eukariſtia, oleo infirmorum, baptismate parvulorum, crismate, oleo ſancto, ſepultura aut aliquibus alijs ſacramentis conferendis aliqua de cetero munera quantumcunque modica a ſuis ſubditis tanquam debitum exigerit, auctoritate Concilij Aſchaffenburgenſis eſt excommunicacionis vinculo innodatus, niſi hujusmodi munera ſponte & caritative a Criſti fidelibus offerantur.

De judeis. Ex Concilio Moguntino.

Statutum eſt in Concilio Moguntino, ut in univerſis civitatibus, oppidis, caſtris & villis civitatis & Dioceſis & Provincie Moguntine gens judeorum utriusque ſexus infra duos menſes poſt publicationem hujusmodi ſtatuti talia ſigna & habitum, quibus ſeu per que ſine qualibet ambiguitate a Criſtiano populo diſtinguatur ſibi eligat & deferat manifeſte, *) dignitatesque ſeculares & officia pub-

 lica,

*) Ordinatio haec ſaepius repetita fuit, ſic extat edictum *Theoderici* Archiep. Mog. de an. 1457. in quo ſane, licet dudum ſacra Patrum conſtitutione promulgatum, ut perfidi judaei, ſicuti ſunt a fide alieni, ita etiam exiſtant habitu & veſtitu ſegregati; ut videlicet *Circulos* in veſtibus viri, & mulieres *Striffas* in peplis ferentes, in publico poſſint a Xpianis diſcerni. *de Gudenus Tom. IV. pag.* 324.

lica, ſi quibus de gente prefata aliquis forte preeſt & mancipia Criſtiana prorſus dimittat, alioquin in omnibus locis, ubi judei dicto ſtatuto obedire nolentes habitare vel domicilia obtinere noſcuntur, in penam Criſtianarum poteſtatum tam diu ceſſetur ab officijs divinorum, donec per poteſtates, principes & nobiles Criſtianos, in quorum territorijs predicta gens miſera converſatur, ad obſervacionem premiſſorum omnium compellatur, ipſi autem judei per locorum dyoceſanos indirecte per ſubtractionem communionis fidelium excommunicacionis ſententia percellantur. ſi quis vero de gente prefata in die paraſceve viſus fuerit in platea vel per hoſtium domus ſue proſpicere & feneſtras, ad quod probandum duorum Criſtianorum ſtabitur juramento, is loci dyoceſano in marcha argenti pene nomine teneatur, ad cujus ſolucionem reus & omnes defendentes eundem per excommunicacionis ſententiam compellantur, & ne quis Criſtianus hujus ſtatuti ignoranciam valeat allegare, univerſis eccleſiarum rectoribus per Moguntinam Civitatem dyoceſem & Provinciam conſtitutis, in quorum parochijs dicti judei commorantur, ſub pena excommunicacionis auctoritate dicti Concilij ex nunc late precipimus firmiter & diſtricte, ut quilibet in ſua parochia ſingulis diebus Dominicis ſingula quatuor tempora ipſa inmediate ſequentibus infra miſſarum ſollempnia publice prefatum ſtatutum lingua materna exponere non obmittant.

De

De hereticis. Dominus *Clemens* Papa *V.* in Concilio Viennenſi.

Ad noſtrum, qui deſideranter in votis gerimus, ut fides Catholica in noſtris proſperetur temporibus & pravitas heretica de finibus fidelium extirpetur, non ſine diſplicencia grandi pervenit auditum, quod ſecta quedam abhominabilis quorumdam hominum malignorum qui Bechardi & quarumdam mulierum infidelium que Begine vulgariter nuncupantur in regno Almanie procurante ſatore malignorum operum dampnabiliter inſurrexit tenens & aſſerens doctrina ſua ſacrilega & perverſa inferius deſignatos errores. *Primo* videlicet, quod homo in vita preſenti tantum & talem perfectionis gradum poteſt acquirere, quod redditur penitus impeccabilis & amplius in gracia proficere non valebit. Nam, ut dicunt, ſi quis ſemper poſſet proficere, poſſit aliquis Criſto perfectior inveniri. *Secundo.* Quod jejunare non oportet hominem vel orare, poſtquam gradum perfeccionis hujus fuerit aſſecutus, quia tunc ſenſualitas eſt ita perfecte ſpiritui & rationi ſubjecta, quod homo poteſt libere corpori concedere quicquid placet. *Tertio*, quod illi qui ſunt in predicto gradu perfeccionis & ſpiritu humanitatis non ſunt humane ſubjecti obediencie, nec ad aliqua precepta eccleſie obligantur, quia ut aſſerunt, ubi ſpiritus Domini, ibi libertas. *Quarto*, quod homo poteſt ita finalem beatitudinem ſecundum omnem gradum perfeccionis in vita preſenti aſſequi, ſicut etiam obtinebit in vita beata. *Quinto*

quod quelibet intellectualis natura in se ipsa naturaliter est beata, quodque anima non indiget lumine glorie ipsam elevante ad Deum videndum & eo beate fruendum. *Sexto* quod se in actibus exercere virtutum est hominis imperfecti & perfectus licenciat a se virtutes. *Septimo* quod mulieris osculum, cum ad hoc non inclinet natura, est mortale peccatum, actus autem carnalis, cum ad hoc natura inclinet, peccatum non est, maxime cum temptatur exercens. *Octavo* quod in elevacione Corporis *Cristi Jhesu* non debent assurgere nec eidem reverenciam exhibere asserentes, quod esset imperfectionis eisdem, si a puritate & altitudine contemplacionis tantum descenderent, quod circa ministerium seu sacramentum Eukaristie aut circa passionem humanitatis Cristi aliqua cogitarent. Nonnulla eciam sub simulata quadam sanctitatis specie dicunt, faciunt & committunt, que oculos Divine Majestatis offendunt, & grave in se continent periculum animarum. Cum autem ex debito commissi nobis officij hujusmodi sectam detestabilem & premissos ipsius execrandos errores, ne propagentur ulterius & per eos corda fidelium dampnabiliter corrumpantur, exstirpare ab ecclesia catholica necessaria habeamus, nos sacro approbante Concilio sectam ipsam cum premissis erroribus dampnamus & reprobamus omnino inhibentes districtius, ne quis ipsam de cetero teneat, approbet vel defendat; eos autem, qui secus egerint, animadversione canonica decernimus puniendos. Porro Dyocesani & illarum partium

tium inquiſitores heretice pravitatis, in quibus Bechardi & Begine hujusmodi commorantur, ſuum officium circa eos diligenter exerceant, inquirentes de vita & converſacione eorum, qualiterve ſenciant de articulis fidei & eccleſie ſacramentis. In illos vero, quos culpabiles repererint, niſi abjuratis ſponte predictis erroribus penituerint & ſatisfaccionem exhibuerint competentem, dignam exerceant ulcionem.

De raptoribus. Ex ſtatuto Domini *Gerhardi* Archi-Epiſcopi Moguntini.

Statuitur & precipitur ſub pena excommunicacionis, quam transgreſſores incurrant, ut non ſolum in terminis illius Archidiaconatus, in quo prelatum vel religioſum aliquem ſeu clericum habentem ſacros ordines & pro clerico ſe gerentem, temere captivari, ſed & in terminis illius Archidyaconi, in quo quempiam talium detineri conſtiterit, ipſo facto ceſſetur ab officijs Divinorum, ſpecialiter autem in omnibus locis illis, in quibus captivatores & eorum complices in maleficio ipſis conſilium auxilium vel juvamen preſtantes domicilium obtinent & ſive de facto ſive de jure jurisdiccionem exercent ac ubi habent receptaculum, ſervetur diſtrictiſſime eccleſiaſticum interdictum, ita videlicet, quod corpora mortuorum ad eccleſiaſticam ſepulturam nullatenus admittantur, quin ymo ſi per violenciam laycalem in eccleſijs vel cimiterijs fuerint tumulata, ibi non relaxetur aliquo modo ſentencia interdicti, niſi prius ejectis corporibus illis ſic per laycalem violenciam tumu-

latis. Archidyaconi quoque & eorum Officiales in alijs locis dyoceſis requiſiti predictos ſacrilegos ab omnibus ſuis ſubditis excommunicatos denunciari faciant publice ſingulis diebus Dominicis & feſtivis, donec captivatus liber & indempnis cum ſatisfaccione debita dimittatur.

Contra occupantes bona Eccleſiaſtica. Ex Concilio Moguntino.

Statuitur, ne perſona quantumcunque nobilitate aut preeminencia ſtatus prefulgeat, eccleſias aut eccleſiaſtica bona, jurisdicciones & vaſallos earum violenter aut auctoritate propria publice occupare aut occupando invadere vel ſcienter occupantibus eccleſias aut eccleſiaſtica bona predicta preſtare preſumat quomodolibet per ſe vel per alium aut alios conſilium, auxilium vel favorem, & niſi requiſitus infra menſem Eccleſie leſe aut prelato ipſius dampnum illatum emendaverit, ipſo facto ſit anathematis vinculo innodatus; Decedencium eciam clericorum peculium occupare vel occupatum detinere omnibus laycis ſub anathematis pena ex nunc prout ex tunc late firmiter prohibemus &c.

De Crimine falſi. Ex Concilio Moguntino.

Et quia plerique falſarij literis Apoſtolicis & aliorum Prelatorum teſtimonijs aſſerunt ſe munitos, hoc ſanctum decrevit Concilium ſtatuendum, ne tales, qualiacunque ſcripta deferant, a clericis vel a quibuscunque perſonis alijs eccleſiaſticis recipiantur in eccleſijs vel in domo, niſi prius ipſorum litere per Dyoceſanum Epiſcopum, ſi

ejus

ejus copia poſſit haberi, alioquin per capitulum eccleſie Kathedralis examinate fuerint diligenter & niſi ipſius Epiſcopi vel capituli literis teſtimonialibus ſint muniti, & hoc ideo, quia per ſacerdotes ſimplices non poteſt de facili literarum veritas vel falſitas indagari. Sane quecunque perſona contra hanc formam tales receperit, ipſo jure ab officio & beneficio per triennium ſit ſuſpenſa, alia pena nichilominus juxta ſuperioris arbitrium punienda. Illud quoque preſentis auctoritate Concilij huic capitulo duximus annectendum, ut ſi tales clericos ſine dictis litteris teſtimonialibus peticiones ſuas preſumpſerint promovere, plebani civitatum & villarum & alij ad quos veniunt, eos cum rebus eorum per ſeculare judicium, ſi alias detineri non poſſunt, non dubitent occupare loci Dyoceſano ſeu Archidyacono preſentandos.

De ſortilegijs. Ex Concilio Provinciali Moguntino.

Excommunicamus & anathematizamus omnes ſortilegos firmiter prohibentes, ne ab alio quam ſuo Epiſcopo, niſi forſan in mortis articulo abſolvantur, & hanc excommunicacionis ſententiam ſingulis diebus Dominicis & feſtivis per ſacerdotes in eorum eccleſijs & capitulis precipimus publicari.

De privilegijs & exceſſibus privilegiatorum. Ex Concilio Generali.

Quamvis quibusdam regularibus a ſede Apoſtolica ſit conceſſum, ut hijs, qui fraternitatem

eorum assumpserint, si forte ecclesie, ad quas pertinent, a divinis officijs fuerint interdicte, ipsosque mori contigerit, sepultura ecclesiastica non negetur, nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti, quia tamen nonnulli questores elemosinarum eorum regularium privilegia eis a dicta sede sic gratiose concessa minus sane intellecta ad abusum, ut percepimus, pertrahere non verentur, vobis ad obviandum decepcionibus eorumdem super eo cogimur exprimere declaracionem Concilij Generalis, quod illa de hijs videlicet fratribus intelligit, vel qui adhuc manentes in seculo eorum ordini sunt oblati mutato habitu seculari, vel qui eis bona sua dederint inter vivos, retento sibi quamdiu in hoc seculo vixerint, usufructu, qui tamen sepeliantur apud ipsorum regularium vel aliorum non interdictas ecclesias, in quibus elegerint sepulturam, ne si de quibuslibet ipsorum fraternitatem assumentibus fuerit intellectum, pro duobus vel tribus denarijs annuatim sibi collatis dissolvatur & vilescat ecclesiastica disciplina &c.

Ex sinodo Domini Wolfframi *Episcopi Herbipolensis.*

Item quia nonnulli religiosi maxime exempti subditos nostros ecclesiasticas personas ad remota loca extra nostram civitatem & Dyocesem ad presenciam conservatorum privilegiorum suorum passim citari procurant contra racionis debitum, ut sic fatigati ipsi citati laboribus & expensis ac paupertate oppressi cogantur per indirectum suas cau-

sas

ſas & eccleſiarum ſuarum derelinquere indefenſas ac liti cedere, quantumcunque defenſiones habere legitimas videantur, ſtatuimus de Conſilio Prelatorum Eccleſie noſtre ſalubriter pro commodo & utilitate communi & ſingulari dictorum ſubditorum noſtrorum ut ipſi tales ſubditi ad ordinacionem & diſpoſicionem Archidyaconorum locorum ſuorum illis ſic citatis ad minus in media parte expenſarum faciendarum per eos ſubveniant pecunia in parata, quod ſue cauſe proſecutioni ac defenſioni valeant efficacius & commodius inherere, ad quam quidem ordinacionem & diſpoſicionem inter breve tempus & ſalubriter faciendam ipſos Archidyaconos in virtute ſancte obediencie perſtringimus per preſentes.

De eodem. Ex ſtatuto Domini *Wolfframi* Epiſcopi Herbipolenſis.

Item omnes & ſingulas Eccleſiaſticas perſonas ſeculares & regulares exemptas & non exemptas Civitatis & Dyoceſis noſtre exhortamur in Domino propenſius attencius & monemus, ut excommunicatos majori excommunicacione ab homine vel a jure notorie in divinis officijs vitent & non celebrent, in hoc ad ſui excuſacionem nullam affectatam ignoranciam, que eos in hijs non excuſat, aliqualiter pretendentes, ſi ſentencias excommunicacionis & ſuſpenſionis & penas irregularitatis in Conſtitucionibus *Bonifacij* & *Clementis* Romanorum Pontificum nec non proceſſibus quibusdam Domini *Joannis* PP. *XXII.* expreſſas ac latas in contrarium facientes voluerint evitare.

De

De eodem. Ex ſinodo Dni *Wolfframi* Epiſcopi Herbipolenſis.

Item injungimus ſacerdotibus parochialibus in virtute ſancte obediencie in hijs ſcriptis, ne de ordinibus mendicancium in eccleſijs ſuis ſeu cimiterijs quempiam permittant, quantum in eis eſt, predicaciones exercere, niſi juxta tenorem conſtitucionis *Bonifacij*, que incipit: *Super Cathedram &c.* innovate hodie per *Clementem* PP. *V.* in Concilio Viennenſi ſub tytulo de ſepulturis in Cap. dudum. & etiam prius per eos noſtris literis certificati fuerint, ſcilicet quod per nos poſt preſentem ſynodum noſtris literis ad hujusmodi exercendum officium ſint admiſſi. Et quod ante omnia eosdem moneant noſtro nomine, quod nichil predicent ad populum ſub quocunque eciam queſito colore, quod Romanam & univerſalem Eccleſiam ac perſonam Domini *Joannis* Pape offendere merito perpendatur, ymo quod pro conſervacione tranquillitate & pace eccleſie & ſalute ipſius Domini *Johannis* Pape in ſermonibus deprecationem faciant ad populum diligenter, & ſi quempiam dictorum terminariorum ſecus facere in premiſſis ac ipſam deprecationem obmittere contigerit, ipſum dicti plebani nominatim vel alias, prout melius potuerit, prodere ſuis literis non obmittant. Volumus eciam quod curati ſacerdotes Civitatis & Dyoceſis noſtre eosdem fratres ad dicendum miſſas in eccleſijs ſuis admittant, dummodo ipſi fratres absque injuria & dampno curatorum ſacerdotum hoc faciant eorumdem &c.

Ex

Ex Concilio Viennenſi.

Statutum eſt in *Concilio Viennenſi*, quod excommunicati etiam exempti ſint, qui in caſibus a jure non permiſſis defunctos ſepeliunt in Cimiterijs vel eccleſijs tempore interdicti vel qui ſcienter ſepeliunt excommunicatos publice aut nominatim interdictos vel uſurarios manifeſtos. Item in Conſtitucione *Bonifacij VIII.* ſub tytulo de ſententia excommunicacionis li. VI. ſtatutum eſt, quod abſolutus propter mortis articulum imminentis & aliud impedimentum ab eo, a quo alias abſolvi de jure non poterat, ſi ceſſante impedimento hujusmodi ſe non preſentat, cum comode poteſt, ei a quo alias abſolvi debebat, ſententiam incidit in eandem &c.

De injurijs. Ex Concilio Aſchaffenburgenſi.

Statuitur, ut Canonicus qui ſue vel alterius Eccleſie canonicum verbis probroſis affecerit manifeſte, per quartam, ſi vero convicia manifeſte dixerit in Prelatum, per mediam partem anni a tractatu & conſorcio ſui capituli nec non a percepcione fructuum ſue prebende penitus ſit excluſus. ſi quis autem Canonicorum in predictas perſonas eciam citra ſanguinis effuſionem manus injecerit temere violentas, penas predictas dupliciter paciatur, pro vulnere vero hujusmodi perſonis ab aliquo Canonicorum illato, ſi eciam nulla membri mutilacio ex tali vulnere fuerit ſubſecuta, per premiſſas penas quadrupliciter puniatur. Et inſuper in utroque caſu juxta ſui dyoceſani arbitrium leſo ſatisfaciat competenter, antequam reſtitu-

Digitized by Google

ſtitucionis beneficium conſequatur. ſed pro temeraria membri mutilatione omni beneficio eccleſiaſtico ſit ipſo jure privatus. Que omnia & ſingula circa alios clericos beneficiatos, ſi perſonas eccleſiaſticas predictis modis ledant ſeu ledantur ab ipſis, juxta premiſſam formam & ordinem ſub penis eisdem precipitur obſervari &c.

De penitencijs & remiſſionibus. Ex Concilio Viennenſi.

Cum ſecundum ſtatuta in *Concilio Viennenſi* de *penitencijs & remiſſionibus c.* 2. ultimo deputandis ſupplicio negari ſi petant, non debeat penitencie ſacramentum, abuſus dampnabilis in quibusdam partibus contra hoc inductus, per Viennenſe Concilium aboletur omnino & precipitur juſticiarijs omnibus & Dominis temporalibus, ut ab hujusmodi deſiſtant abuſu, ymo locorum ordinarijs injungitur, ut eos ad hoc, cum primum comode potuerit, diligenter monere, & ſi neceſſe fuerit, eccleſiaſtica cenſura compellere non obmittant.

De eodem.

In *Concilio Viennenſi* eodem tytulo *c. Abuſionibus.* diſtrictiſſime prohibetur, ne elemoſinarum queſtores aliqui, niſi Apoſtolicas vel Dyoceſani Epiſcopi iiteras exhibuerint, quomodolibet admittantur, nec permittantur, cum ſolum ipſis competat, ſibi indulgencias conceſſas inſinuare populo & caritativa poſtulare ſubſidia ſuppliciter ab eodem, nullatenus ipſi populo predicare nec aliud exponere, quam quod in literis continebitur ſupradictis. Litteras quoque Apoſtolicas & Dyoceſani

ſani Epiſcopi, ne quid fraudis committi valeat per easdem, antequam queſtores ipſos admittant, examinent diligenter, ad hoc, cum aliqui ex hujusmodi queſtoribus ſicut ad noſtram audienciam eſt prolatum, non ſine multe temeritatis audacia & decepcione multiplici animarum indulgencias populo motu ſuo proprio de facto concedant, ſuper votis diſpenſent, a perjurijs, homicidijs & peccatis alijs ſibi confitentes abſolvant, mala ablata incerta data ſibi aliqua pecunie quantitate remittant, terciam aut quartam partem de penitencijs alijs injunctis relaxent, animas tres vel plures parentum vel amicorum illorum, qui elemoſinas eis conferunt, de purgatorio, ut aſſerunt mendaciter, extrahant & ad gaudia paradiſi perducant, benefactoribus locorum, quorum queſtores exiſtunt, remiſſionem plenariam peccatorum indulgeant & aliqui ex ipſis eos a pena & a culpa abſolvant, abuſus hujusmodi penitus aboletur & ea per quoscunque queſtores fieri vel attemptari de cetero diſtriccius inhibetur, & omnia & ſingula privilegia, ſi qua ſuper premiſſis vel eorum aliquo ſint aliquibus locis ordinibus vel perſonis queſtorum hujusmodi quoquo modo conceſſa auctoritate Apoſtolica, quantum ad premiſſa, ſunt penitus revocata, queſtores autem, qui deinceps in premiſſis vel aliquo premiſſorum deliquerint vel alias eciam quibuscunque ſuis privilegijs abuſi fuerint, ſic per locorum Epiſcopos puniri eosdem precipitur, nullo prorſus eisdem queſtoribus in hac parte privilegio ſuffragante, quod a ſuis temera-

Digitized by Google

merarijs abuſibus, qui, ut communis habet aſſercio, nimium excreverunt, pene formidine perpenſius compeſcantur.

Ex Concilio Viennenſi.

Statuitur in *Concilio Viennenſi* quod Domini temporales, qui cogunt aliquos in loco interdicto celebrare divina, vel qui per precones faciunt tunc ad illa audienda populum evocari, vel prohibent ne publice excommunicati vel interdicti ſuper hoc illos, qui miſſas celebrant, moniti qui non exeunt, excommunicati ſunt per ſedem Apoſtolicam abſolvendi &c.

Ex Concilio Moguntinenſi.

Statuitur quod quia in penitencijs injungendis quidam caſus frequenter emergunt, qui propter ſacerdotum ignoranciam expediri non poſſunt, & qui eciam diſpenſacionem Epiſcopalem requirunt, in illis caſibus ad Dominum Epiſcopum vel ſuos penitenciarios habeatur recurſus ſive occulti fuerint ſive eciam manifeſti. ſtatuitur eciam quod ſacerdotes in ſatisfaccionibus injungendis in religione *) ſedeant, majora penitenciarijs Epiſcopi reſervent utpote homicidia, ſacrilegia, incendia, peccata contra naturam, concubitum perſonarum conventualium in ſacris ordinibus conſtitutarum, inceſtus videlicet cum conſanguinea vel affine vel cum ea que votum caſtitatis emiſit, injecciones manuum in parentes, oppreſſiones parvulorum per negligencias parentum in igne vel aqua natos amittentium, veneficia, perjuria ſollempnia, fidei frac-

*) Superpellicio induti.

fracciones, votorum transgreſſiones, ſymoniam, adulteria, hereſes, apoſtaſias, maleficia eorum qui maleficiant conjuges ne poſſint coire, vel qui procurant ſterilitatem mulierum vel abortum, falſarios, qui ſigilla, litteras vel monetam falſificant, in hujusmodi peccatis vel ſimilibus detentos mittant ſacerdotes ad Epiſcopos vel eorum penitenciarios abſolvendos, nec abſolvant preterquam in mortis articulo absque loci Epiſcopi licencia ſpeciali, declarantes, quod illi, quibus hoc committitur, poteſtatem illud alijs perſonis non habeant committendi &c.

Ex ſinodo Herbipolenſi.

Sunt nonnulli ſacerdotes tanta ſimplicitate ſeducti, quod in Caſibus Epiſcopalibus penitentes ad introducendum dumtaxat in cena Domini ad nos transmittunt, credentes, quod ad abſolucionem illorum caſuum ſola introduccio ſine confeſſione nobis ſeu penitenciarijs noſtris facienda ſufficiat tunc eisdem. Quorum quidem ſacerdotum talium ſimplicitatem quoad hoc valde reprehenſibilem judicamus ſtatuentes & mandantes vobis univerſis & ſingulis, ut taliter penitentibus in confeſſionibus vobis faciendis ſpecialiter injungatis, ut tales caſus, antequam introducantur, nobis ſeu penitenciarijs noſtris confitendo detegant, ut abſolucionis beneficium conſequantur &c.

Ex ſinodo Domini Wolfframi *Epiſcopi Herbipolenſis.*

Item quia nonnulli ſacerdotes curati dyoceſis noſtre in mittendo parochianos ſuos in cena Do-

mini *Herbipoli* ad noſtram preſenciam ſunt per omnia deſides & remiſſi, ſtatuimus & precipimus eis in virtute ſancte obediencie, ut in omnem eventum ipſos parochianos in diem & locum pretactos transmittere non obmittant &c.

Ex eadem ſinodo Domini Wolfframi *Epiſcopi Herbipolenſis.*

Item quod ſubditos noſtros in cena Domini ad civitatem Herbipolenſem in Karrena *) fideliter dirigatis ſaltem in caſibus Epiſcopalibus abſolvendos.

Ex eadem.

Preterea vobis ſacerdotibus injungimus in virtute ſancte obediencie per preſentes, ut in principio quadrageſime ſaltem Dominica *invocavit* **) plebes veſtras in ambonibus eccleſiarum moneatis, & omni, qua poteritis, diligencia inducatis, quod tempeſtive confeſſiones ſuas faciant ſacerdotibus competentibus, ne in conſciencia cruentata in feſto paſche ad corpus Criſti inprovide accedere videantur.

Ex eadem.

Item Penitenciarios quoscunque in caſibus Epiſcopalibus in genere per nos antea deputatos extra civitatem noſtram Herbipolenſem ſive in ſcriptis vel ſine ſcriptis ſit factum, prorſus preſenti-

*) Publica poenitentia, qua quis jejunare ſpatio XL. dierum tenetur. Eſt etiam remiſſio ſeu indulgentia ejusmodi poenitentiae.

**) Dominica prima Quadrageſimae, cujus Miſſae initium eſt; *Invocavit* me &c.

ſentibus revocamus, volentes, quod noſtri ſubditi utriusque ſexus in hujusmodi caſibus de cetero ad dictam civitatem noſtram veniant ad noſtram vel penitenciariorum noſtrorum preſenciam, quos ibidem deputamus vel inpoſterum duxerimus deputandos, niſi noſtris literis extra dictam civitatem certis & ydoneis perſonis ex cauſis legitimis aliter duxerimus comittendum.

De ſentencia excommunicacionis. Ex Concilio Viennenſi.

Item quod quicunque layci vel perſone alie judices eccleſiaſticos pro eo quod ſentencias excommunicacionis, ſuſpenſionis & interdicti ad inſtanciam certorum actorum protulerant, occiderint, ceperint ſeu alias in perſonis aut bonis ſuis vel ſuorum gravaverint ſeu hoc fieri mandaverint, ſive eos, quorum ſunt occaſione prolate, vel easdem ſentencias obſervantes ſentencialiter excommunicatis communicare volentes, niſi hujusmodi mandatum ante hoc malum factum revocaverint vel ſatisfaciant de commiſſis, incurrant excommunicacionis ſenteniam eo ipſo, illi eciam excommunicati ſunt, qui mandato utuntur, vel alias deliquerint in premiſſis, qui ſi in eadem ſentencia per duos menſes permanſerint, ex tunc non poſſunt abſolvi niſi per Papam.

De eodem.

Item *li. VI.* ſtatutum eſt in *Conſtitucione Bonifacij VIII.* incipiente: *quoniam ut intelleximus* ſub tit: *de immunit. Eccleſiarum.* Quum excommunicati ſunt a jure omnes, qui impediunt ſuper cauſis,

que ad forum Eccleſiaſticum de jure vel conſuetudine pertinent, a ſede Apoſtolica literas impetrari vel ſuper hujusmodi cauſis coram Ordinarijs vel delegatis judicibus eccleſiaſticis litigari, a qua non poſſunt abſolvi, niſi ſatisfaciant tam judici quam parti in hijs leſis, de injurijs, dampnis, expenſis & eciam intereſſe.

Item in *Concilio Viennenſi* cavetur, quod quicunque religioſi non debent extra ſuum ordinem aliquibus perſonis clericis & laycis ſacramentum unctionis extreme vel Eukariſtie miniſtrare vel matrimonium ſollempnizare non habita ſuper hijs licencia plebani loci, nec excommunicatos ab homine vel a jure nec a pena nec a culpa quempiam debent abſolvere, ut utantur verbis eorum in hoc, niſi oſtendant ſe de novo privilegiatos ſuper eo, quia ſuper hijs privilegia, ſi qua habuerint, ſunt caſſata in *Concilio Viennenſi*, & ſi ſecus fecerint, ſunt excommunicati in eodem Concilio & non poſſunt abſolvi niſi per Papam.

Idem:

Item in eodem *Concilio Viennenſi* ſtatutum eſt ſub pena excommunicacionis late ſentencie, ne fratres minores in eccleſijs ſuis fratres vel ſorores tercie regule Sancti *Franciſci* recipiant tempore interdicti ad divina, niſi oſtendant ſe de novo eſſe privilegiatos ſuper eo, quia privilegia, que de hoc habuerint ante *Concilium Viennenſe*, ſunt ibidem penitus revocata. Premiſſa omnia & ſingula notent plebani diligenter & in ambonibus eccleſiarum ſuarum publicent coram plebe.

Ex

Digitized by Google

Ex ſynodo Domini Wolfframi *Epiſcopi Herbipolenſis. Ex Conſtitutione* Clementis: *ex frequentibus.*

Item monemus & hortamur in Domino ſimili modo exemptos & non exemptos civitatis & dyoceſis noſtre, ut in obſervancia ceſſacionis a Divinis ſeu interdicti eccleſiaſtici, quas quandoque de jure communi vel provinciali aut ſinodali ſeu privilegio, conſuetudine vel ſtatuto aut alias de mandato judicum competencium Eccleſie vel ſingulares perſone conſueverint hactenus obſervare in civitate noſtra Eccleſie noſtre Kathedrali, in alijs vero locis matricibus dioeceſis noſtre hoc eſt, parochialibus eccleſijs ceſſantibus a Divinis & interdictis, intra quarum eccleſiarum limites ipſa monaſteria dictorum religioſorum ſita exiſtunt, non obſtantibus ſuis privilegijs, exempcionibus, libertatibus, conſuetudinibus ac Conſtitucionibus quibuscunque, que omnia caſſata ſunt in *Concilio Viennenſi* quoad hoc negocium, ſicut excommunicacionis ſententias in eodem Concilio latas in facientes contrarium & irregularitates deinde ſequentes evitare voluerint, ſe conforment.

De eadem:

Nulli poſſunt ſe privilegijs Apoſtolice ſedis tueri, quo minus excommunicatos ab homine vel a jure & preſertim pro violenta manuum injectione in clericos debeant evitare, cum hujusmodi injectores violenti pro hujusmodi facto ſint a canone excommunicacionis ſententia innodati &c.

De eadem.

Si concubine publice clericorum eccleſiaſtice cenſure diſtricte notentur, eosdem concubinarios non eſt dubium ſententia excommunicacionis majoris involvi, qui poſt latam ſententiam communicant in eodem crimine criminoſis.

Ex ſynodo Herbipolenſi.

Quia ut intelleximus, interdictum generale in dyoceſi noſtra diverſimode obſervatur, modum obſervandi a jure traditum vobis duximus exprimendum. Interdicti enim tempore non ſolum morientes ſed etiam tam ſani quam infirmi ad penitenciam admittantur, niſi ſint excommunicati, qui non niſi in mortis ſunt articulo admittendi vel qui anſam dederunt interdicto, qui non admittuntur niſi ſatisfaciant & caveant, prout poſſint. Sanis autem non datur Eukariſtie Sacramentum, decedentibus tamen viaticum non negatur. Illo eciam tempore miſſe & alia divina officia ſicut prius, in eccleſia celebrantur, ſubmiſſa tamen voce, ymo ita ſubmiſſa, quod exterius audiri non poſſint, januis tam eccleſie quam chori clauſis, excommunicatis & interdictis aliunde venientibus prorſus excluſis & campanis eciam non pulſatis. In feſtivitatibus autem Natalis Domini, Paſche & Penthecoſtes & Corporis Criſti campane pulſentur & januis apertis alta voce divina officia celebrantur, excommunicatis prorſus excluſis, ſed interdictis, qui voluerint intereſſe, admiſſis, ſic tamen, quod illi, propter quorum exceſſum hujusmodi interdictum eſt prolatum, ad altare nullatenus

nus appropinquent. In ceteris vero obſervandum eſt interdictum & renovata ſunt omnia privilegia, ultra id quibuscumque conceſſa. Sane Generale interdictum dicitur non ſolum, cum regnum vel provincia, verum eciam cum villa vel caſtrum ſupponitur eccleſiaſtico interdicto. Tempore eciam Generalis interdicti denegatur omnibus Eccleſiaſtica ſepultura, conceditur tamen ex gracia, ut clerici decedentes, qui ſervaverunt interdictum, in cimiterio eccleſie ſine campanarum pulſacione ceſſantibus ſollempnitatibus omnibus cum ſilencio tumulentur.

Ex ſynodo Domini Wolfframi *Epiſcopi Herbipolenſis.*

Quia nonnulli Prelati eccleſiarum ſeu capellarum rectores ab iſta ſancta ſinodo ſe, ut preſumimus, contumaciter abſentarunt, nos attendentes, quod nil obediencia prodeſſet humilibus, ſi contemptus contumacibus non obeſſet, univerſos & ſingulos abſentes pro primo, ſecundo & tercio monicionis edicto peremptorio monemus, quatenus infra hinc & feriam terciam poſt diem beatorum *Nerei* & *Achillei* & *Pangracij* *) ad noſtram venientes preſenciam de contemptu hujusmodi Deo & nobis ſatisfaciant vel de abſencia hujusmodi racionabiliter ſe excuſent, alioquin eosdem univerſaliter & ſingulariter ab ingreſſu eccleſie ex nunc prout ex tunc ſuſpendimus in hijs ſcriptis.

*) Feſtum hoc celebratur 12. Maji citatio igitur iſta extenditur usque ad diem decimam quintam Maji 1330.

Digitized by Google

Ex corpore juris communis hinc inde excerpta.

Nullus omnino Archidyaconus, Archipresbyter ſive Prepoſitus vel Decanus animarum curam vel prebendas eccleſie ſine judicio vel conſenſu Epiſcopi alicui tribuat, ymo ſicut a ſanctis Canonibus eſt ſtatutum, animarum cura & pecuniarum eccleſiaſticarum diſpenſacio in Epiſcopi judicio & poteſtate permaneat. ſi quis autem contra hoc facere aut poteſtatem, que ad Epiſcopum pertinet, ſibi vendicare preſumpſerit, ab eccleſie liminibus arceatur. Ita *Gregorius VII.* in generali ſynodo dixit &c.

Alexander III. Elienſi Archidyacono.

Cum ſatis ſit abſurdum. *& infra:* quoniam obtentu alicujus conſuetudinis non debes contra ſanctorum Patrum inſtituciones, que ad tuum non ſpectant officium, vendicare, mandamus, ut nemini ſine licencia vel mandato Epiſcopi tui curam preſumas committere animarum.

Beneficia non vacancia concedi vel promitti non debent, & cum vacaverint, concedi debent infra ſex menſes, quibus elapſis de Epiſcopo ad Capitulum & e contra, & demum ad proximum ſuperiorem collacio devolvetur, ut patet ex Concilio Lateranenſi poſito X. ſub tytulo de Conceſſ. prebende & Eccleſ. non vacantis c. II. quod incipit: Nulla &c.

Si illi, ad quos ſpectat eligere Prelatum Kathedralis vel regularis Eccleſie, negligant id ipſum facere infra tres menſes a tempore vacacionis numerandos, proximus ſuperior infra illud trimeſtre

ipſi

ipſi eccleſie viduate de perſona ydonea providebit, alias eſt canonice puniendus, ut patet in Concilio Generali locato in tytulo de eleccione C. Nepro defectu.

Patronus Eccleſiaſticus ſemeſtre, laycus vero quadrimeſtre dumtaxat tempus habet a jure preſentandum rectorem eccleſie vacanti, cujus jus patronatus ad ipſum jure ſaltem poſſeſſorio dinoscitur pertinere, ut patet li. VI. de jure patr. C. unico cum ſuis concord. ibi deſuper notatis.

Habens perſonatum vel beneficium curatum, ſi ſecundum tale receperit, ipſo jure vacat primum, ut patet ex Concilio Generali *extra. de prebend. C. de multa &c.* Is quoque, ad quem prioris beneficij ſpectat collacio, id ipſum poſt recepcionem alterius beneficij infra ſemeſtre alteri ydoneo libere ac Canonice conferre diſtulerit negligenter, dupliciter a jure taliter eſt punitus, cum non ſolum ad alios ſcilicet ad ſuperiores vel Capitulares ſecundum *Lateranenſis Concilij* ſtatutum collacio hujus primi beneficij devolvatur, verum eciam idem collacionis neglector tantum de ſuis cogatur ac cogi debeat proventibus in utilitatem Eccleſie, cujus illud eſt beneficium, aſſignare, quantum a tempore vacacionis ipſius conſtiterit eſſe perceptum. Hec patent ex prealleg. C. de multa. Is quoque quin ymo hodie per Conſtitucionem *extra-vagantem Joh. PP. XXII.* incipientem, *Execrabilis.* Qui vero deinceps. ſi quis hujusmodi ſecundum beneficium recipiens primum tale beneficium, quo ipſe jure, ut premittitur,

eſt privatus, absque more diſpendio in manibus ordinarij verbo & facto ſub teſtimonio publico non dimiſerit, tali ſecundo beneficio ſimiliter eſt privatus, & nichilominus eſt inhabilis, ne dum ad ſacros ordines ſuſcipiendos, quin eciam ad quodcunque beneficium eccleſiaſticum aſſequendum.

Gregorius Papa X. in Generali Concilio Lugdun. poſito li. VI. ſub tytulo de eleccione: licet canon ad eundem *Alexandri III.* canonem addendo ac pene adjeccione ſupplendo, ut ſubmittitur ita ſanxit: Parochialis Eccleſia nulli conferatur, qui non ſit ydoneus ſcientia, moribus & etate, & ſi conferatur non attingenti XXV^um^ annum etatis ſue, non valet collacio ipſo jure. Ille autem, cui talis eccleſia collata fuerit, tenetur perſonaliter reſidere & ſacerdos fieri infra annum, ſi vero ad ſacerdocium promotus non fuerit elapſo anno, eccleſia privatus eſt eciam ipſo jure. ſuper reſidencia autem perſonali ſuus ſuperior ſecum ad tempus ex cauſa racionabili poterit diſpenſare. ut ibi. In hujusmodi autem diſpenſacionis caſu *in not. & Hoſt. Garſias & Joan. Mo.* intelligunt Ordinarium ſuperiorem ſive Epiſcopum ſive Majorem vel inferiorem Epiſcopo. & idem not. *Joan. Andr.* dummodo hujus Prelatus inferior Epiſcopo ipſum diſpenſandum valeat deſtituere & ipſum habeat citare ad reſidenciam ac ipſum non venientem punire.

Vigore Conſtitucionis *Bonifacij VIII. cum ex eo de Elect. li. VI.* contra Concilium Lugdunenſe, licet canon preall. diſpenſare poſſunt Epiſcopi & ſupe-

ſuperiores cum habentibus parochiales Eccleſias ſibi ſubjectas, quod usque ad ſeptennium ſtudendo in loco ſtudij dumtaxat Generalis extra de Cler. non reſid. c. tunc non teneantur ad ſacerdocium promoveri, ad ſubdiaconatum tamen debent promoveri infra annum, aliter ſunt privati & illo durante ſeptennio debet in illis eccleſijs ydoneus poni Vicarius de fructibus eccleſie ſuſtentandus, elapſo ſeptennio debet rector infra annum in presbiterum promoveri.

Ad penam privacionis rectoris parochialis eccleſie infra annum ad ſacerdocium non promoti requiritur quod annus integer ſit completus. Item annus ille non currit juſte impedito. Item poſt hujusmodi privacionem eccleſia eidem conferri non poteſt, ne hujus ſtatutum ſic fiat ludibrio. Item non promotus, ſi eo animo receperit eccleſiam, ut fructus anno perciperet, tenetur ad reſtitucionem ipſorum, & qui ea mente contulit eccleſiam, ſervare debet indempnem. premiſſa patent preallegat. *tyt. de eleccione C. Commiſſa li. VI.*

Clemens V. *in Concilio Viennenſi ſub tyt. de etate & qualitate ac ordine preficiendorum c. fin.*

Venerabilem Eccleſie obſervanciam volentes antiquis juribus in hac parte preferri, decernimus, ut alio non obſtante canonico poſſit quis libere *in XVIII°. ad ſubdiaconatus in XX° Dyaconatus in XXV. etatis ſue anno ad presbiteratus* ordines promoveri &c.

De

De Conſtitucione extravag. Domini Johannis *PP. XXII. que incipit: execrabilis. Qui vero &c. cum ſequentibus usque in finem conſtitucionis ſequitur in hec verba:*

Qui vero deinceps receperint dignitatem vel perſonatum ſeu officium vel aliud beneficium animarum curam habens annexam, ſi antea ſimile beneficium obtinebant, illud, quo ipſo jure, poſtquam ſecundi poſſeſſionem habuerint, vel per eos omni fraude & dolo ceſſantibus, quo minus habeant, ſteterit, privati noſcuntur absque more diſpendio in Ordinariorum manibus dimittere debeant pari modo, alioquin ex tunc ſint ipſo jure ſecundo privati, & nedum ad ſacros ordines ſuſcipiendos, quin eciam ad habendum quodcunque aliud eccleſiaſticum beneficium inhabiles reputentur, que omnia & ſingula beneficia vacatura ut premittitur, vel dimiſſa noſtre & ſedis Apoſtolice diſpoſicioni de ipſorum fratrum conſilio reſervamus, inhibentes, ne quis preter Romanum Pontificem, quacunque ſit ſuper hoc auctoritate munitus, de hujusmodi beneficijs diſponere vel circa illa per viam permutacionis vel alias innovare quoquo modo preſumat. Nos enim, ſi ſecus actum ſeu attemptatum fuerit, irritum decernimus & inane. Ceterum ordinarios intelligimus in caſibus ſupra ſcriptis Epiſcopos, in quorum civitatibus vel dyoceſibus conſiſtunt beneficia ſeu aliquod eorum, que debent ſecundum premiſſa dimitti, aut ipſi, qui debent ea dimittere, commorantur, vel eccleſijs Kathedralibus vacantibus Capitula eorundem,

rundem, & hij de beneficijs tam dimiſſis, quam, ut premittitur, perditis, nos & Apoſtolicam ſedem certificare ſtudeant, quam primum commode poterunt, indilate, ut de illis ſalubriter diſponere valeamus. Quantum autem ad modificationem attinet antefactam, illa duntaxat & non alia beneficia eccleſiaſtica, quocunque nomine nuncupentur, curam animarum habere cenſemus, que parochias habent, in quibus eſt animarum cura, non per vicarios perpetuos, ſed per rectores vel miniſtros beneficiorum ipſorum vel illorum temporales vicarios exercenda, nec non eciam illa, quorum miniſtris racione beneficiorum hujusmodi competit viſitare, inquirere, procuraciones recipere, ſuſpendere, excommunicare ſeu ab excommunicacionis & ſuſpenſionis ſentencijs abſolvere de conſuetudine vel de jure, juribus alijs de animarum cura loquentibus, in ſuo robore quoad cetera permanſuris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum moderacionis, ſtatutorum, condicionum, conſtitucionum, reſervacionis, inhibicionis & voluntatum infringere vel ei auſu temerario contraire. ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem Dei omnipotentis & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Avinione* XIII. Kalend. Decembris Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Concluſio.

Natura vero naturans, principium omnium creatorum & finis ipſorum, beneficijs, cum ad illam

illam redibimus, per interceſſionem Virginis Glorioſe hujusmodi ſtatutorum conditores, dictatores, ſcriptores, lectores, Doctores, publicatores, obſervatores ac effectivos ipſorum executores Gratioſe collocet cum electis, ſummam divine viſionis ejusque fruicionis glorioſe felicitatem perpetuo poſſeſſuros. Amen.

Expliciunt ſtatuta ſynodalia &c.

SERIES
DOCUMENTORUM AD GESTA
SUB *JOANNE II.*
ARCHI-EPISCOPO MOGUNTINO
CONTINUATA. *)

XLII.

BONIFACIUS PP. IX. AD JUNIOREM BAVARIAE DUCEM PRO *JOANNE II.* ARCHIEP. MOG.

Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Nobili Viro *Clemne* Duci Bavarie juniori ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. ſignificamus nobilitati tue ad gaudium nos percepta vacacione Eccleſie Maguntine ſummis deſiderijs affectantes providam & idoneam eidem Eccleſie preſidere perſonam, poſt deliberacionem quam

*) Vid. Nov. Subſid. Tom. I. pag. 407. ſq.

quam cum fratribus noſtris ſuper hac re habuimus diligentem de perſona dilecti filij *Johannis de Naſſauwe* Electi tunc Canonici Maguntini nepotis, cui maxime in contemplatione nobilitatis tue nobis ſuper hoc ſupplicantis eidem eccleſie providiſſe ipſumque illi prefeciſſe in Archi-Epiſcopum & Paſtorem in illo qui dat gratias & largitur premia confidentes quod prefata Eccleſia ſub ſuo felici regimine gratia ſibi aſſiſtente divina proſpere dirigetur ac grata in ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipiat incrementa, quo circa Nobilitatem tuam in Domino exhortamur, quatinus ipſum *Johannem* & ejus Eccleſiam predictam recommendatos habens ſic eos in conſervatione & defenſione civitatis terrarum caſtrorum & aliorum locorum ac jurium ipſius Eccleſie, donec ipſe cum noſtris ſue proviſionis literis ad ipſam Eccleſiam ſuam veniat, tui favoris preſidio proſequaris & oculum ad ipſa habeas, quod civitas terra caſtra loca & jura hujusmodi pro ipſo conſerventur & alias manus nullatenus valeant provenire, nec ſcandalum in patria ſequi, in quibus nobilitas ipſa honorem ſuum faciet & nobis non mediocriter complacebit. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* V. Kal. Februarij Pontificatus noſtri anno octavo.

28. Januarij.

XLIII.

Digitized by Google

XLIII.

ALSFELT, MILNBACH ET *KAZENTAL* VENDUNTUR CUM PACTO RELUITIONIS.

Wir *Ebirhard* dechant *Johann* von *tenecke* Cofter *Johann* von *ſchonenburg* ſchulmeiſter *Cune* von *ſtortzelnheim* ſenger unde Capitel gemeinlichen des Dumes zu *Mentze* beckenne unde tun kunt mit dieſem brieue daz wir als von des ſtifft zu *Mentze* wegen recht und redelichen verkoufft han unde verkouffen geinwortlichin mit dieſem breue den ſtrengen Rittern *Ebirhard* von *Nyperg* herrn *Hanſen* unde herrn *Ebirhard* von *Hirtzesborne* gebruder unſern beſundern guten frunden des ſtiffts zu *Mentze* sloſs *Alenfelt* Burg und ſtat die zwey dorff *Milnbach* und *Katzentail* und *ſolzbach* daz dritteil Vogty unde freuele mit allen den rechten gewonheiden nutzen gefellen gulten in holtze in Velden an waſſer weiden mit gerichten und andern allen iren zugehorungen wie die genant ſin nichts usgenommen alz ez der ſtifft herbracht hat ane geuerde fur zwey tuſent Guldin gut von golde und ſwere von gewichte als zu *Mentze* oder zu *franckfurt* genge und gebe ſint, derſelben zwey tuſent wir auch von der obgenanten gentzlichen bezalt ſin, unde die auch in des ſtifft kuntlichen nutze und notdurfft gewant und geokant han, auch ſo ſal *Alenfelt* burg und ſtat

uns

uns eynem Ertzbiſchoff ſinen nachckomen unde dem ſtifft zu *Mentze* offin ſin zu allen unſern unde des ſtiffts nutzunge noiden unde ſachen unde ſollen und mogen wir eyn Ertzbiſchoff ſine nachckome oder ſtifft ſich daruſs und darin behelffen widder allermenlichen als dicke des noit tud ane widder die vorgenant hern *Ebirhard* hern *Hanſen* unde hern *Ebirhard* und ire erben die wile ſie *Alenfelt* ynnehaben unde wann wir eyn Ertzbiſchoff ſine nachckomen und ſtifft uns uſs *Alenfeld* unde widder darin behelfen wollen ſo ſolden wir ez yn ungeferlich halden mit luden und geſchutze als daz von dem ſloſſe zu der zyt notdorfftig iſt. ane geuerde unde ſal auch ſolliche belidunge unde offenunge geſcheen ane der egenant unde der iren ſchade unde koſtn ane geuerde unde iſt geredt wer ez daz *Alenfeld* alſo von unſern unde dez ſtiffts kriege und offenunge wegen verloren wirdn ſo ſolden wir eyn Ertzbiſchoff ſine nachckomen oder der ſtifft den vorgenanten herrn *Ebirhard* von *Nyperg* herrn *Hanſen* und herrn *Ebirhard* vom *Hirtzeborne* oder iren Erben darnach in den erſten halben jare ungeferlichen eyn ander des ſtiffts ſloſs in viere mile weges oben oder nyder darbie gelegen mit ſo viel gulten nutzen und Renten als *Alenfeld* hait gegeben und antwerten unde ſolten wir daz verbrieven noch irer nothdurfft ane geuerde, dasſelbe ſloſs ſie dan ynne haben ſolden, unde nutzen als lange bis wir yn *Alenfeld* ane geuerde widder yn geantworten oder aber yn yre gelt die zwey tuſent gulden gegeben

und auch so viel gulde damide als sich dann geburte nach marzal die irgangen jars ane geuerde wurde auch daz egenant sloss *Alenfelt* verloren von den egenant hern *Ebirhard* hern *Hansen* und hern *Ebirhard* oder iren Erben so sollen wir eyn Ertzbischoff sine nachkommen und stifft yn darzu getrulichen beraden unde behulfen sin so verne wir mochten daz sie widder an *Alenfelt* komen mochten ane geuerde Auch sollen wir ein Ertzbischoff sine nachckomme unde stifft dez obgenant sloss *Alenfelt* mit sinen zugeherungen getruwelichen helfen hanthaben schuren und schormen als ander des stifft eigen schloz unde gude ane geuerde. Auch sollent her *Ebirhard* her *Hans* unde her *Ebirhard* vorgenant alle unse unde des stiffts zu *Mentze* burgman burger Armenlude und hinderselben zu *Alenfeld* unde yn den dorffern die darzu gehorent lassen blyben als sie ane geuerde bie deme stifft zu *Mentze* herckommen sin unde sie sollen sie schuren schirmen unde verantwirte glich andern iren eygen luden unde noch allen iren besten vermogen ane alle argelist unde sollent auch die vorgenant her *Ebirhard* her *Hans* unde her *Ebirhard* oder ire Erben die welde die zu *Alenfeld* oder zu den obgenant dorffern gehoren nit verckouffen hynne geben noch verwisten sunder sie mogen zu buwen unde zu kornen zu der egenant sloss stad unde dorffer nutze unde notdorfft ane alle argelist auch ist geredt wan wir eyn Ertzbischoff sine nachckomen unde stifft zu *Mentze Alenfelt* daz slotz und die vorgenante dorffern mit iren zugehorun-

horungen widder kouffen wollen mit den zwen tuſent guldin in der maſſe als die den egenant herrn *Ebirhard* herrn *Hanſen* unde hern *Ebirhard* vorgenant verſchrieben unde verckoufft ſin, daz wir auch tun mogen unde ſollen welichs jares wir wollen mit namen uf ſancte *jorgen* dage des heilgen mertelers vierzehen dage davor oder vierzehen dage darnach ungefehrlichen dieſelben loſunge wir eyn Ertzbiſchoff ſine nachckomen oder ſtifft den obgenanten oder iren erben eyn vierteil jares vorſagen unde verckunden ſollen unde wann daz geſcheen iſt ſo ſollen uns eynen Ertzbiſchoff ſinen nachckomen oder ſtifft die obgenant her *Ebirhard* her *Hans* und herr *Ebirhard* oder ire Erben der loſunge des obgenanten ſloſſes unde dorffe umbe die ſumme zwey tuſent gulden in der maſſe als yn die verkouffe und verſchrieben ſin geſtaden unde zu widder kouffe geben ann alle widderrede unde hinderniſſe unde ane geuerde des zu urckunde iſt unſers Capitels gros Ingeſigel an dieſen brief gehangen: Datum Anno Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſeptimo ipſo die *Georgii* Martyris.

23. Apr.

Ejusdem tenoris reverſales ſunt *Eberhardi* de *Nyperg* & *Eberhardi* de *Hirtzhorn* altera die beati *Georgij* datae.

XLIV.

GODFRID ERWELTER ERTZBISCHOFF ZU MAINTZ BEKENNET DAS ER VON DEN GEBRUDERN VON *TUNGEN* DAS SCHLOSS *JOSSA* NICHT EINLOSEN WOLLE IRE LEBETAGE.

Wir *joffrid* von gots gnaden Erwelt *) Erczbiſchoff zu *Mentz* bekennen und tun kunt aller menlich mit dyſem bryffe alſo als unſer lieben getruwen her *Wylhelm von Tungen* Ritter und *Hylprant von Tungen* gebruder *Joſſe* daſs ſloſs ynne haben mit ſinen zugehorden von unſern Vorfarn Biſchofen und dem ſtiffte zu *Mentz* vor ſolich gelt als die bryffe beſagent die ſie daruber hant, do bekennen wir vor uns und unſer nachkommen Biſſchoffe zu *Mentz* und den egenant unſern ſtifft das wir ane geſehen han ſoliche dinſte die ſie uns getan haben und noch kunffticlich dun ſollent und mogent und haben in gegunnet und gunnen in in crafft dys bryffes das ſie das egenant ſloſs ir beder lebetage mit ſiner zugehorden ynne haben und beſitzen ſollent und enſollen wir noch unſſe nachkommen Biſchoffe noch der ſtifft daſs egenant ſloſs von yn nit laſſen ire lebetagen ane allen Intrag und geuerde Weres auch ſache daſs die egenant her *Wilhelm* und *Hylprant* von dodes wegen abegingen daſs Got lange wende ſo ſollent ire Erben uns oder unſern nachkommen Biſſchoffen und dem ſtiffte *Mentz* egenant das egenant ſloſs

Joſſe

Joſſe mit ſiner zugehorden wyder zu loſen geben wann daſs an ſie gefordert wirt, umb die ſumme getz als die bryfe uſswiſent die ſie daruber hant wir haben in auch herleuben und verhenget, herlauben und verhengen wir in mit dyſem bryffe daſs ſie und ire helffer ſich mogent behelffen uſs dem egenant ſloſſe *Joſſe* und wyder dar in uns zu helffe dyſen kryg den wir uns verſehen zu haben mit *Joban von Naſſawe* als von des egenant unſers ſtifftes wegen Weres auch das wir oder unſer nachkommen Biſſchoff oder der egenant ſtifft den egenant her *Wylbelm* und *Hilprant* ſchuldig weren oder hernach worden des ſie bryffe hetten und in das nit betzelten darumb mogent ſie ſich einer phantſchafft bewaren gegen uns unſern nachkommen Biſſchoffen und dem ſtiffte und den angriffen und phenden jn und uſs *Joſſe*, und ſollent auch mit allen vorgeſchriben artikeln wyder uns unſſe nachkommen Biſſchoffe und den egenant unſern ſtifft nit gefrefelt noch getan han an dheinerley bryffen friheiten oder rechten die wir und unſer ſtifft von in han ane allerley geuerde. Des zu Orkunde haben wir *Joffrid* obgenant unſer Ingeſigel an dyſen bryff dun hencken, uns unſer nachkommen Biſſchoffe und den egenant unſern ſtifft zu uberſagen Datum Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Nonageſimo ſeptimo in Vigilia Nativitatis Sancti *Johannis Baptiſte.*

23. Junij.

*) De electione *Godefridi de Leyningen* vid. Subſid. Diplom. Tom. III. p. 152. &c.

XLV.

INDULTUM *BONIFACII* PP. IX. CONCESSUM *JOANNI II.* ARCHIEP. MOG. CONTRA OMNES IPSI REBELLES.

Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili Fratri *Joanni* Archi-Epiſcopo Maguntino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. juſtis & honeſtis ſupplicum votis libenter annuimus illaque proſequimur favoribus oportunis. Cum itaque nos dudum Eccleſie Maguntine tunc per obitum bone memorie *Conradi* Archi-Epiſcopi Maguntini vacanti de perſona tua auctoritate Apoſtolica duxerimus providendum preficiendo te eidem Eccleſie in Archi-Epiſcopum & Paſtorem prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur & ut accepimus tu propter malitiam quorumdam Prelatorum & Canonicorum ac aliorum beneficiatorum in dicta & etiam alijs Eccleſijs & monaſterijs civitatis & dioceſis tuarum Maguntin. & nonnullorum aliorum rebellium & te in hac parte impediencium poſſeſſionem pacificam adminiſtracionis bonorum ad menſam tuam Archiepiſcopalem Maguntinam ſpectancium adipiſci non potueris neque poſſis in grave animarum ſuarum periculum tui & dicte tue Eccleſie non modicum prejudicium, apoſtolice ſedis contemptum & ſcandalum plurimorum, nos tam tibi quam dicte Eccleſie tue de oportuno remedio providere volen-

volentes Fraternitati tue vocatis dictis rebellibus & impedientibus ac alijs in premiſſis culpabilibus & alijs qui fuerint evocandi omnes illos quos per ſummariam informationem per te ſuper hijs faciendam rebelles impedientes ſeu culpabiles inveneris in premiſſis & eorum quemlibet Eccleſiaſticos ſeculares & regulares ac etiam laicos ſi a rebellione & impedimentis hujusmodi infra certum peremptorium & competentem terminum per te eis ad hoc prefigendum non deſtiterint ac tuis in hac parte mandatis non paruerint cum effectu quibuscunque beneficijs eccleſiaſticis que quomodolibet & ubilibet obtinent cum cura & ſine cura etiamſi canonicatus & prebende ac dignitates perſonatus vel officia in tua vel alijs Metropolitana aut cathedralibus vel collegiatis & alique ex dignitatibus ipſis in predicta tua vel alijs Metropolitana aut Cathedralibus majores poſt Pontificales vel in Collegiatis eccleſijs hujusmodi principales aut prioratus conventuales fuerint & ad eas vel eos conſueverint qui per electionem aſſumi ac etiam bonis & feudis temporalibus, que ab Eccleſia tua predicta quomodolibet tenent auctoritate noſtra ſentencialiter privandi & amovendi etiam realiter ab eisdem ipſosque culpabiles rebelles & impedientes inhabilitandi ad premiſſa & ad quevis alia beneficia Eccleſiaſtica impoſterum obtinenda, hujusmodique beneficia ac bona & feuda quibus culpabiles rebelles & impedientes ipſos per te privari contigerit ut prefertur etiamſi diſpoſicioni Apoſtolice generaliter vel ſpecialiter quovis mo-

do reſervata fuerint alijs perſonis obedientibus & ydoneis de quibus tibi videbitur etiam unum vel duo ſeu tria aut plura alia beneficia eccleſiaſtica obtinentibus cum omnibus juribus & pertinentijs ſuis auctoritate noſtra conferendi & inducendi per te vel alium ſeu alios dictas perſonas quibus ea contuleris vel procuratores earum pro ipſis in corporalem poſſeſſionem beneficiorum ac bonorum & feudorum juriumque & pertinentiarum predictorum ac defendendi inductas amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem ac faciendi perſonas ipſas, quibus eadem beneficia bona & feuda contuleris vel dictos procuratores pro eis ad beneficia bona & feuda hujusmodi ut eſt moris admitti eisque de hujusmodi beneficiorum bonorum & feudorum fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus univerſis integre reſponderi contradictoresque per cenſuram eccleſiaſticam & aliam diſtrictionem quam convenit appellatione poſtpoſita compeſcendo invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus tam felicis recordationis *Bonifacij PP. VIII.* predeceſſoris noſtri & de una ac de duabus dietis in Concilio Generali quam alijs quibuscunque conſtitutionibus Apoſtolicis nec non ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiarum in quibus hujusmodi beneficia forſan fuerint contrarijs juramento confirmatione Apoſtolica vel quacunque firmitate alia roboratis, ſeu ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujusmodi vel alijs beneficijs eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales Apoſtolice ſedis vel

Lega-

Legatorum ejus litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem & decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus personas ipsas in assecutione beneficiorum hujusmodi volumus anteferri sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari seu si locorum ordinarijs & dilectis filijs capitulis predictarum & aliarum Ecclesiarum in quibus hujusmodi beneficia forsan fuerint vel quibusvis alijs communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur & ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint quodque de hujusmodi vel alijs beneficijs ecclesiasticis ad eorum collationem provisionem presentationem electionem seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem & quibuslibet alijs litteris privilegijs & indulgentijs Apostolicis quorumcunque tenorum existant per que effectus earum impediri valeant quomodolibet vel differri & de quibus quorumque totis tenoribus debeat in nostris litteris fieri mentio specialis, seu si prefate persone presentes non fuerint ad prestandum de observandis statutis & consuetudinibus ipsarum Ecclesiarum in quibus hujusmodi beneficia forsan fuerint, solita juramenta, dummodo in absentia sua per procuratores ydoneos & cum ad Ecclesias ipsas accesserint corporaliter

liter illa preſtent ac illos & hujusmodi rebellibus & impedientibus qui ad obedientiam redire voluerint, ſi hoc humiliter petierint ab excommunicationum ſententijs, quas propter premiſſa incurrerint, abſolvendi & cum eis ſuper irregularitate ſi quam premiſſorum occaſione celebrando divina vel immiscendo ſe illis non tamen in contemptum clavium contraxerint auctoritate Apoſtolica diſpenſandi ipſosque ad hujusmodi & quecunque alia beneficia eccleſiaſtica obtinenda habilitandi & ad ea, dummodo non fuerint in eis alijs ſpecialiter jus queſitum, reſtituendi plenam & liberam auctoritate apoſtolica tenore preſencium concedimus poteſtatem. Et inſuper volumus tibique eadem auctoritate concedimus quod ſi forſan dictorum rebellium impedientium & culpabilium preſentia pro citatione & monitione ac proceſſibus ſuper hijs per te habendis eis publicandis & intimandis commode haberi non potuerit vel citaciones monitiones vel proceſſus hujusmodi eis tute nequeant intimari & publicari, quod tu citaciones moniciones & proceſſus quoslibet per edicta publica in locis affigenda publicis civitati vel dioceſi predictis vicinis, de quibus ſit veriſimilis conjectura, quod citationes, monitiones & proceſſus hujusmodi ad noticiam dictorum rebellium impediencium & culpabilium citandorum & monendorum valeant pervenire, facere valeas publicari volentes & apoſtolica auctoritate decernentes quod hujusmodi citaciones & moniciones ac proceſſus ſic ut prefertur publicati & facti prefatos rebelles & impedientes

perinde

perinde artent ac ſi eis intimati & inſinuati perſonaliter & preſentialiter extitiſſent, non obſtantibus predictis & quibuscunque alijs conſtitutionibus Apoſtolicis ac alijs contrarijs quibuscunque, ſeu ſi eisdem rebellibus & impedientibus vel quibusvis alijs communiter vel diviſim a ſede predicta indultum exiſtat quod interdici ſuſpendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, volumus autem quod de nominibus & cognominibus beneficiorum que per te vigore preſencium conferri contigerit & perſonarum quibus illa contuleris, ac de diebus collationum hujusmodi Gentes Camere Apoſtolice vel collectores fructuum & proventuum dicte camere in illis partibus debitorum pro tempore exiſtentes certificare procures. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* nonas Julij Pontificatus noſtri anno octavo.

7. Julij.

Gratis de mandato Dni noſtri.

H. *Berngbas.*

Digitized by Google

XLVI.

BREVE *BONIFACII* PP. IX. AD *JOANNEM II.* ARCHIEP. MOG. PRO LIBERANDIS AMBASSIADORIBUS ROMANIS.

Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili Fratri *Johanni* Archi-Epiſcopo Maguntino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Credimus te non ignorare qualiter dilecti filij *Ricardus Yong* Auditor & *Petrus de Piſis* Advocatus ſacri Palatij Apoſtolici ac *Michael de Dulcimo* preſidens in Cancellaria noſtra Ambaſſiadores noſtri quos ad requiſicionem ſacri Imperij coelectorum tuorum ad eos ut noviſti deſtinavimus in ipſis Alamanie partibus per illos *de Lyningen* temerarie magnum noſtrum & ſancte Romane Eccleſie, ac tuum & totius Alamanie opprobrium fuerunt, quod dolenter referimus, capti & diris carceribus in quibus adhuc detinentur mancipati, *) de quibus plurimum miramur & merito dolemus, quod Ambaſſiatores Antipape **) tranſeant per totam *Alamaniam* ſecure & noſtri per illos quos ſemper fideles reputavimus, capiantur, quod quantum cedat honori tuo & totius ipſius patrie quantumque nobis debeat moleſtum eſſe cogitet devotio tua.

Quare

*) Miſſi ſunt Ambaſſiadores ad Conventum Principum *Francofurti* celebrandum.

**) *Petri e Luna.*

Quare hortamur fidelitatem & devotionem tuam eam ut carius possumus deprecantes ut pro eorum liberatione pro nostra & apostolice sedis reverentia ac tuo & dictorum coelectorum tuorum & totius *Alamanie* honore una cum ipsis coelectoribus totis viribus ut confidimus instare velis realiter & cum effectu, in quo devotio tua nobis non mediocriter complacebit. Datum *Rome* apud sanctum *Petrum* V. Idus Octobris Pontificatus nostri anno octavo.

11. Octobr.

H. Berngbos.

XLVII.

GELOBUNG ERTZBISCHOFF *JOHANN* AN DIE STADT *MEINTZ.*

Wir *Joban* von gotz gnaden des heilgen stuls zu *Mentze* Ertzebischoff des heilgen romischen richs in dutschen landen Ertzekantzeler bekennen und dun kunt allermenlich mit diesem unserm brieff daz wir han ane gesiehen soliche danck neme getruwe hulffliche nutze dienste als die ersamen wysen burgermeister Rait und burger der statt zu *Mentze* unse liebe getruwen unserm stiffte von langen zyden bisher dicke Schinberliche getan hant und uns und unserm stiffte in kunfftigen tzyden noch furbas dun mogend und umb soliche besunder willige gehorsamkeit als sie uns als eyme Ertzebischoffe zu *Mentze* gunstlichen

mit

mit oitmudigen gutem willen erzeuget und bewiſet hant daz ſie uns nach lude unſer proviſien die wir von unſerm heilgem vater deme Babeſte von *Rome* han da mydte er uns mit der Kirchen und deme ſtiffte zu *Mentze* gnedeclichen verſiehen hait uns ane verziehen gehorſameclich an allen wiederſtant als einen Ertzebiſchoff des heilgen ſtuls zu *Mentze* entphangen hant, darumb globen wir und mit uns die Edeln *Diether* graue zu *Katzenellbogen* unſer lieber ſwoger *Philips* Graue zu *Naſſauw* und tzu *Sairbrucken Joban* graue zu *Katzenellbogen* und *Adolff* graue zu *Naſſauw* unſe lieben vettern und *Sifrid* von *Lijndauwe* ritter unſer vitztum in deme *Ringauwe* unſer lieber getruwer in guden truwen und mit rechter warheit und verſprechen uns auch veſteclich mit dieſem brieue gerirden burgermeiſtern rade und burgern tzu *Mentze* alſo were ſach daz yman wer der were die ſtat und die burger zu *Mentze* oder ire bywoner beſament oder beſonder umb ſoliche danck neme gehorſame willige entphengniſſe als ſie uns an allen indrag entphangen hant, oder umb ſoliche uffenbar furderniſſe als ſie uns zu deme ſtiffte zu *Mentze* mit ernſte nach yrem vermogen gefurdert hant oder umb deheine ſachen die davon rurten oder ruren mochten ſie an iren liben oder guden leidigen ſchedigen angriffen oder kriegen wurde mit gerichte geiſtlich oder werntlich oder ane gerichte ſo ſollen und wollen wir und auch die edeln unſer lieber Swoger und vetteren vorgenant *Diether* graue zu *Katzenelbogen* *Philips*

graue

graue zu *Naſſauwe* und tzu *Sairbrucken Joban* graue zu *Katzenelbogen* und *Adolff* graue zu *Naſſauw* und *Sifrid* von *Lyndauwe* unſer vitzdum in dem *rinegauwe* mit demſelben unſerm lande dem *ringauwe* und mit allen andern unſern und unſers ſtifftes von *Mentze* und auch der vorgenant unſers ſwogers und vetteren veſten ſloſſen ſteten landen und Luden und mit andern unſern herren frunden und mogen nach allem unſerm vermogen den burgermeiſtern rade und Burgern der ſtat zu *Mentze* getruwelichin und veſteclichen und ane alles vertziehen ſo balde wir unſer Swoger und veteren vorgenant und unſer vitztum in deme *Ringauw* egenant des ynnen oder gewar werden oder uns und ien daz von deme rade zu *Mentze* mit iren brieuen oder Ratzboden verkundiget wirt beholffen ſin wieder alle die yene die ſie von der vorgeſchriben ſache wegen oder umb deheine ſtucke die da von rurten oder ruren mochten leidigeten ſchedigeten angriffen oder kriegeten in der maiſſe als vorgeſchriben ſtet ſo ſollen wir ſie und ire burger darfur getruwelich uff unſer coſt ſchaden und verloiſt hanthaben ſchutzen und ſchirmen und ſollen auch wir und unſer ſwoger und veteren vorgenant ien iren helffern dienern und den iren alle unſer und unſers ſtifftes und unſers ſwogers und veteren ſloſs, veſten, ſtede und lande gein denſelben die ſie ire burger oder die iren von der vorgeſchriben ſache wegen in der maſſe als vorgeſchriben ſtet ledigen ſchedigen oder angriffen wurden und auch gein allen iren helffern

uſſenen

uſſenen ſich daruſs und darin zu behelffene und wir unſer ſwoger und veteren vorgenant ſollen und wollen auch beſtellen daz ſie und die iren feilen kauff umb tzytliche mogeliche phenige, darinne finden und haben mogen ane geuerde und enſollen noch enwollen wir unſer ſwoger und veteren vorgenant und aueh unſer vitztum in deme *Ringauwe* egenant lyb noch gut von den burgermeiſtern Rade und Burgern der ſtait zu *Mentze* nummer geſcheiden ſie und die iren en ſinn dann ſolicher kriege und ſachen die ſie dauon ruren mag gentzlich entragen als dicke ien des noit geſchiet auch verſprechen wir *Johan* Ertzebiſchoff zu *Mentze* obgenant und mit uns die edeln *Diether* graue zu *Katzenelboge* unſer ſwoger *Philips* graue zu *Naſſauw* und zu *Sairbrucken Johan* graue zu *Katzenelbogen* und *Adolff* graue zu *Naſſauw* unſſe vetere und *Sifrid* von *Lyndauwe* unſer vitztum vorgenant in rechten guden glauben und mit veſten waren truwen daz wir uns ſamentlich noch unſer deheyner beſunder mit de heinen die die ſtait und die burger zu *Mentze* von der vorgeſchriben ſache wegen oder umb deheine ſtucke die dauon rurten oder ruren mochten beſament oder beſunder in vorgeſchribener maſſe angriffen leidigeten beſchedigeten oder kriegeten nyt frieden furworten oder ſunen ſollen in keyne wiſs wir haben dann die burger und dye ſtat zu *Mentze* ur helffer diener und die iren dar in begriffen und glioh uns ſelbes ane eynich gelt oder gut uns oder ymans darumb zu geben verſorget und glo-

ben wir myt unſern liplichen truwen den burgern und der ſtait zu *Mentze* und den eren alle und igliche dieſe vorgeſchriben ſtucke punte und artickele veſte ſtede und unuerbruchlich zu halden und darwieder nummer me zu dun noch ſchaffen getan werden und auch nit zuuerhengen daz ymans anders von unſern wegen dar wieder dir in deheyne wijſs und ſollen wir uns auch dar wieder nit behelffen mit deheiner frieheit die wir von unſer und unſers ſtiftes wegen han oder furbaſs erwerben oder gewynnen mogen ſy ſin geiſtlich oder werntlich und vertzyhen wir uns auch mit dieſem brieue alles behelffes geiſtliches und werntliches rechtes und gerechte beſchrieben und unbeſchrieben und aller funde die yman erdacht hat oder furbaſs erdenken mag uns damyde darwieder nit zu behelffen in deheine wiſe ane alle geuerde und des zu urkunde und veſter ſtedekeit han wir *Joban* Ertzebiſchoff zu *Mentze* obgenant den burgern und der ſtait zu *Mentze* dieſen brieff gegeben verſigelt mit unſerm groſſen anhangenden Ingeſigel daz wir an dieſen brieff han dun hencken und wir *Dietber* graue zu *Katzenelbogen Philips* graue zu *Naſſauwe* und zu *Sairbrucken Joban* graue tzu *Katzenelbogen* und *Adolff* graue zu *Naſſauwe* vorgenant und Ich *Sifrid* von *Lindauwe* ritter vorgenant bekennen daz wir uns aller vorgeſchriben ſtucke punte und artickele mit unſerm lieben herren hern *joban* Erzebiſchoffe zu *Mentze* vorgenant gein den Burgermeiſtern Rade und burgern der Stait zu *Mentze* in alle der maſſe als vor

von yme und uns geſchrieben ſteit verbunden han und verbinden uns auch zu ien mit dieſem brieue und globen wir auch ſammentlich und unſer iglicher beſunder in guden truwen und mit gantzer rechter warheit alle und igliche vorgeſchriben ſtucke punte und artikele veſte ſtede und unverbruchenlich zu halden und darwieder nummerme zu dun noch ſchaffen oder gehellen darwieder gedan werden noch uns darwieder nummer zu behelffen mit deheinen frieheiten die wir ſamentlich oder ſunderlich han oder furbaſs erwerben oder gewynnen mogen und vertzyhen wir uns auch alles behelffes geiſtliches und werntliches gerichtes und rechtes beſchriben und unbeſchriben daz wir uns ſamentlich noch ſunderlich damyde noch mit deheinen funden die yman erdacht hait oder furbaſs erdenken mag wieder dieſe vorgeſchriben punte und artikel nit behelffen ſollen noch en wollen in keine wiſe ane alle geuerde und des zu urkunde und veſter ſtedekeit han wir *Diether* graue zu *Katzenelbogen philips* graue zu *Naſſauwe* und zu *Sairbrucken Ioban* graue zu *Katzenelbogen* und *Adolff* graue zu *Naſſauwe* unſer iglicher ſin Ingeſigel an dieſen brieff by unſers herren von *Mentze* vorgenant Ingeſigel dun hencken und ich *Sifrid* von *Lyndauwe* ritter vitztum in deme *Ringauwe* han auch myn Ingeſigel an dieſen brieff gehangen der gegeben iſt uff den dinſtag aller neſt nach *aller heilgen dage* in deme jare als man zalte nach gotz geburte duſent druhundert und ſieben und nuntzig jare.

6. Nov.

XLVIII.

XLVIII.

ERTZBISCHOFF *JOHANN* BESTAETIGET DER STADT *MEINTZ* VORMALS BESTAETIGTE FREYHEITEN.

Wir *Joban* von Gots gnaden Ertzebiſchoff des heilgen ſtuls zu *Mentze* des heilgen romiſchen riches in dutſchen landen Ertzcanceler dun kunt allen luten die dieſen brieff ſehent oder horent leſen, daz wir mit guter betraohtunge und andechtige veſtekeit damyde die erbern wiſen lude unſſe lieben getruwen die burgermeiſter der Rait und die burger gemeinlich der ſtat zu *Mentze* gein deme vorgenanten unſerm ſtiffte vor zyten ſich fruntlich und hulfflich bewiſet hant, denſelben burgermeiſtern deme Rate den burgern und der ſtat haben beſtetiget und ernuwert beſtetigen und ernuwen ien und irem gute tzoll frieheit an allen unſern und unſers ſtifftes zollen geginwortigen und kunftigen als ferre ien daz von ſeliger gedeehtniſſe unſern forfaren Ertzebiſchoffen zu *Mentze* mit deſſelben ſtifftes capitels Ingeſigel formals beſtetiget iſt, und daz alle der vorgenant burger gut geinwortige und kunfftige ſollent aller bete und ſture und ander ſchatzunge frie ſin in allen unſern und unſers ſtifftes gerichten und landen als frue auch ien daz von unſern forfaren Ertzebiſchoffen von *Mentze* mit des egenanten Capitels Ingeſigel vormals beſtetiget iſt und alle an-

dere frieheide und gnade die dieſelben burger von unſern vorfaren Ertzebiſchoffen zu *Mentze* mit des vorgenanten Capitels Ingeſigel verſiegelt habent, und darzu alle ander ire der ſelben burger und ſtete zu *Mentze* frieheide und gewonheide ane geuerde und gebieten allen unſſern amptluden und undertanen geginwortigen und kunfftigen daz ſie die vorgenante ſtucke alle und ir igliches ſunderlichin den obgenanten burgern und der ſtat zu *Mentze* veſt und ſtete halten und da wieder nit endun und auch nit geſtaden daz von unſern wegen yman anders da wieder dun, wir han auch globet mit unſern liplichin truwen und globen auch veſteelich mit dieſem brieue den ſelben burgern und der ſtat zu *Mentze* die vorgeſchriben dinge alle veſte und ſtede zuhaltende und nummer dawieder zu tunde noch ſchaffen noch gehellen daz icht dawieder geſchee in deheyne wyſe ane alle geuerde auch ſal dieſer brieff uns deme obgenanten Ertzebiſchoffe und unſern ſtiffte unſchedelich ſin an allen brieuen die wir und unſer ſtift oder unſer Capitel hant, von der egenanten ſtat zu *Mentze* mit ire ſtete Ingeſigel verſigelt ane geuerde und zu eyme urkunde und veſter heltniſſe dirre vorgeſchriben dinge ſo haben wir den obgenanten burgern und der ſtat zu *Mentze* geben dieſen brieff beſigelt mit unſerm groſſen anhangenden Ingeſigel und iſt dirre ſelbe brieff geben uff den dinſtag aller neſt nach *aller heilgen dage* in dem jare da man zalte nach Gotz geburte duſent druhundert und ſieben und nuntzig jare.

6. Nov.

XLIX.

XLIX.

DIESS IST DER BRIEF UBER DAS OLEY MASS ALS BISCHOF *JOHANN ORTEN ZUR EYCHE* *) ZU ZITEN GEBEN UND DIE OLEY MAS VERLUWEN GEHABT HAT.

Wir *Johann* von Gots gnaden des heiligen ſtuls zu *Mentz* Ertzbiſchoff, des heiligen Romiſchen Richs in dutſchen landen Ertzcanceler bekennen mit dieſem briefe das wir von beſundern gnaden *Orten zu der Eyche* burger zu *Mentze* unſern lieben getruwen und ſinen rechten erben die oley maſs zu *Mentze* mit aller irer zugehorunge wie die deſſelben *Orten* vatter und ſine altern von unſſern vorfarn ertzbiſchoffen und unſerm ſtiffte zu *Mentze* gehabt und beſeſſen han, alſo was Oleys man in der ſtat zu *Mentze* und in dem burgbanne daſelbs verkaufft wirdet, das ſol man meſſen mit ſolichem maſſe als von alter doruber gemacht und herkomen iſt, und ſol dem egenannten *orten*, oder ſinen erben von yedem Zenthener oleys zumeſſen gefallen und werden, ſo dicke es verkauft wirdet ſehs alt heller, dieſelben ſehs heller geben und bezalen ſollen, mit namen der do verkeuffet, dry heller, und der do keuffet auch dry heller, auch weres das eyncherley oley verkaufft

*) Documenta civitatis Moguntinae eundem inter Patricios numerant. Isque anno MCCCXCIV. jam Conſul. erat, *Joannis Rer. Mog. T. III. p. 455.*

Digitized by Google

kaufft worden und wurde nit gemeſſen, oder das man des meſſens nit begerte ſo ſollen dem egenanten *Orten* oder ſinen erben ſin meſſe gelt doch in alle der maſſen als vorgeſchrieben ſtet, dauon werden und gefallen. Auch ſol *Ort* vorgenant oder ſine erben yederman wer des bedarff, und begerende iſt, mit der oley maſs gewarten zu allen ziten und wie es von alter herkommen iſt, Es ſol auch *Ort* egenant und ſine erben alle jare und allezit nachtes ewiglich eyne amppolle in der Capellen zu ſent *Godthard* an dem Dum zu *Mentz* gelegen beluchten on alles hinderniſs und on geuerde, des zu urkundt iſt unſſer Ingeſigel an dieſen Brieff gehangen. Datum anno Domini M°CCC°. nonageſimo octavo. ipſa die *beati Thymotey Apoſtoli*.

24. Januarij.

L.

JOANNES ARCHIEP. MOG. MANDAT UT ECCLESIAE *S. BARTHOLOMAEI* RESTITUANTUR DOCUMENTA HUC USQUE DETENTA.

